


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [1]

4

LEONARDI RYSSENII
S. S. Th. Doctoris,

JUSTA
DETESTATIO

Sceleratiſſimi Libelli
ADRIANI BEVERLANDI, ICti.
De Peccato Originali.

Qua agitur
De Stylo hominis, arbore vitæ, ſcientiæ boni & mali, honeſtate conjugii, peccato originali, integritate Scr. S. verſione Belgica, &c.

Ad Clariſſ. Virum
THADÆUM LANTMANNUM
S.S. Th. D. V. D. M. Hagienſem.

Accedit
Deſcriptio Poëtica Creationis, & lapſus, verſibus ex pleriſque Poëtis concinnata, cum vera methodo contrahendi Linguam Latinam.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

GORINCHEMI,
E Officinâ CORNELII LEVER, Bibliopolæ. Anno 1680.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

ARISSIMO COLLEGÆ,

Abominandas *Blaſphemias*, ab

DRIANO BEVERLANDIO, Icto.

mpudentiſſime eructatas, tam doctè quam piè refutanti.

SIc *perchare voles, rabidum* Collega *furorem*
Stringere, *ſic vaſtes*, *hoc* Acherontis *opus*!
n meruit putidis Nequam, *tam docta reponi*;
Cœnoſis Canibus ſancta neganda *forent*;
rutilans Aurum, *Satanæ qui* Stercora *tentat*
Vendere; non dignus, ſic decoretur, erit.

Inſolitis quibus, prurigine vern-
nat Auris,
His defenſa tamen , maxima Ca-
ſa fuit.
Fuſtibus, horrendum Facinus *virgiſq-*
piandum ,
Si quod blaſphemat Scurra, pud-
negat.

ÆMILIUS VAN CUILEMBORG
Eccl. Heuſd.

Vene-

Venerabili Theologo, fidiſſimo Chriſti Miniſtro

HADÆO LANTMANNO

Leonardus Ryſſenius ſalutem.

Doctiſſime, Clariſſime, Amiciſſime Vir.

CUm, non ita pridem, negotiorum cauſa in urbe veſtra verſarer, inter alia, *Adriani* cujuſdam *Beverlandii* libellum in lucem editum narrabas, quo ille ſpurciſſima
que de primo Parentum peccato impudentiſſi-
commentus eſſet. Cenſebasque & Atheum
hominem, & ejuſmodi libellis atheiſmum ho-
ſumma vi in thronum collocari. Ecce non mul-
poſt, ad me idem ille transmittitur liber, quem
edibili moleſtia, & ſummo animi horrore perlu-
. Hominem literatum, qui Deum, qui fidem Chri-
rofitetur, nulla lucri ſpe, nulla coactum neceſſi-
, vel canibus pudenda chartæ illinere. Quo-
non ingemui, longe melius ille *myſteria lupana-
um* libelli titulum ſcripſiſſet, quàm *de peccato
inali.* Tanta enim omnium impuritatum abun-
colluvie, quanta numquam in ullo lupanari de-

prehenſa. Neque ſpurciſſimi, qui unquam in Gentes floruerunt Poëtæ, omnes una tot obſcœ coacervarunt vocabula, quot ille ſolus parvo lib lo complexus eſt.

Improbior Satyram ſcribente Cinædo.

Quinimo quaſi obſcœnorum verborum penu laboraret Romana lingua, nova ille, & inaud comminiſci non veretur. Idque omne, ut ſcur lem ſententiam, cui ne ipſe quidem fidem habe impura oratione perſuadeat; *primum peccatum* p ta, *fornicationem fuiſſe*. Os fœtidum! Interer ſcil. Reip. literariæ hoc ſcire! Utque doctior, melior evaderet juventus, hoc ex ſempiterno igno rantiæ ſepulchro effodiendum erat! Hoc

Geſtiet à furno redeuntes ſcire lacuque,
Et pueros, & anus.

In hoc muſtaceo laureolam quærere cogebatur ho mo, ut ejus Plautus ajebat, *ex ſterquilinio effoſſu* Nihil ſcil. ſupererat in religione, civitate, bello fœderibus, ſepultura veterum, quo ille præcla ram ſuam antiquitatis cognitionem palam facere Turpiſſima eligenda erat materia, eaque belluin petulantia tractanda, & *carmine feſcennino* decan tanda. Tunc demum officio boni, honeſtique vi ri functus eſt,

—— —— *cum carmina lumbum*
Intrant, & tremulo ſcalpuntur ubi intima
verſu.

Et ne quid deſit, *tres libros de proſtibulis veterum* ad editionem concinnavit. Profectò ajebam, ne

mo

…melius de iſtis ſceleribus ſcribat, quam qui ipſe
…*ſtibulum hominis* eſt. Quique omni honeſtate de-
…ta longe ſcurrilius meretricias artes explanabit,
…um vel *Lucianus, Apulejus, Plautus, Marti-*
…, ſimileſque athei, unquam animo concepe-
…, vel verbis enarrarunt. Verùm, ô athei,
…d opus eſt in apricum proferre, quod videre tur-
…eſt? Quid juvat docuiſſe, quod ignorare præ-
…? Præclare monet Apoſtolus, ut ejuſmodi ne-
…itiarum rudes ſimus, atque ignari; *pueri*, inquit,
…*te in malitia*. Hic verò, ne quis artis meretri-
… rudis eſſe queat, primùm omnes antiquarum
…ilium haras perſcrutatur, dein famoſis exemplis,
…minanda curioſitate ex putidiſſimis lupanaribus
…quiſitis, plenam *impuritatis diſciplinam* tradet!
…que ſimiles habeant labra lactucas, fœdiſſimis
…bis, ac turpiſſima oratione infanda ſcelera mi-
…s exprimere conabitur. Quid enim ille dictum
…oſtoli penſi habet, *corrumpunt bonos mores collo-*
…*a prava*? atque iterum, αἰσχρότης, καὶ μωρολο-
…, ἢ εὐτραπελία *ne nominetur quidem inter vos.*
…*p. v. 3.* Hæc ille ne flocci quidem facit, modò
…ulus, & mucidæ antiquitatis probe gnarus cluat.
…quanquam animus horret ulla nebulonis verba
…ferre, cogor tamen unicum ſpecimen produce-
…re. Poſtquam iſte, quaſi Diabolo à ſecretis fuiſ-
…, ineptiſſimam Satanæ orationem ad Evam
…triſſet, ita eandem Evam introducit; pag. 29.
…*ce auditis, rabie incendente vaſaria, fertur, gan-*
…, *veſicæ non imperat, nec venter præcepta audit, au-*

 ribus

vibus atque oculis concepta urina movetur, catullit, poſcit, appellat, atque emiſſariorum ſtabulo pecudum inſtar, laſciviens

Sævit inops animi, totumque incenſa per hortum,
Bacchatur.

Donec devorantibus oculis virguncula, arborem tentam, ſummopere deſiderabilem, ſexui ſuo aptam, gratamque contemplata, protervaque fronte maritum petens, ejuſque cervicem amplexu invadens, & non repugnanti oſcula ſingens, ſerratoque morſu nunc crus, nunc lacertos vexans, manuque improba, & blandis digitos habentibus dictis, innocentiſſimam ſollicitans partem,

Riſit, & immunda tractando virilia palma,
His quoque furta placent, conjux, ait, utere donis,
Quæ natura dedit, &c.

Pudet plura referre. Quis ganeo, quis leno unquam ita omnem depoſuit pudorem, ut in animum induceret, ſimili oratione chartam conſpurcare? Imo quis natus homo eſt, *qui*, ut Cicero alibi, *hæc non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur, recordatione denique ipſa non perhorreſcat?*

—— —— O lutum lenonium,
Commictum cœnum, ſterquilinium publicum,
Impure, inhoneſte, injure, illex, labes popli!

Quanta impuritate tuus animus refertus ſit oportet, qui tam nefanda mendaci lingua eructare non erubeſcis, quoniam *ex abundantia cordis os loquitur!* Qui hæc legens oculis credat, hominem, profeſſione Chriſtianum, nulla numinis reverentia, nullo amore famæ, denique nullo ſupplicii metu, à tanto ſceler

cohibitum fuiſſe? Nonne hoc palam Scriptu-
ræ exſibilare eſt? Nonnè hoc Moſen eſt gannio-
nem facere, qui obſcœniſſima metaphora pecca-
tum Adami delinearit? Quique per hortum intel-
lexit Adamum & Evam, per arborem in medio hor-
ti Adami virilitatem. Qui Paradyſum primum
…æeum luſtrumque facit. Qui Evam procaciſſi-
mam meretricem ſtatuit, Adamum ſcortatorum
principem declarat. Certe ſi Cham piis parenti-
bus, Deoque execrandus viſus eſt, quod patris nu-
ditatem impudenter ſubſannaſſet, quid non hic Ca-
nanita ſupplicii meretur, qui in cineres primorum
parentum tam propudioſa ſpuit convicia, tam acer-
bas effundit calumnias? Qualia de ſe vel levi ſu-
ſpicione cogitari, ſummum ſcelus exiſtimaret. Et
…a res ipſa eſt, id unum addam. Pag. 56. quaſi
ex aliorum ore narrat primum peccatum fuiſſe, *quòd
Eva averſo ordine quadrupa* (vocabulum tali beſtia
dignum) *inclinata culum anguſtum inepte præbuiſſet A-
damo, & ipſe ſaucius heſternæ cœnæ occurrerit: quod nec
impoſſibile, vel verbo contrarium, &c.* i. e. Sodomiti-
cum ſcelus perpetravit Adam. Tanto ſcilicet no-
vaturiendi pruritu infectus eſt hodie terrarum hic
angulus, ut omnem pudorem exuere, omnem religi-
onem proterere non abnuerent, modo novi quid
proferre viderentur.

Eſt jam cunctarum novitas gratiſſima rerum.

Cumque omnia vana garrulitate expoſuerunt, quæ
ventoſa ambitione ſingularem ſibi gloriam paritura
credebant, nihil præter contempti numinis culpam,

bonorum indignationem, propriumque referunt opprobrium.

Id unum ſibi propoſitum fixiſſe videtur homo, ut Latinæ linguæ cognitione, & ſtyli elegantia omnes in admirationem ſui traheret. Cum ſcribat interea ſtylo tam pueri faſtu turgido, tam tardo, tortuoſo, & lectorem offendente, ut qui Bavium, & Mevium non oderit, eum amare queat.

Pag. 2. dicturus, unitatem in Trinitate exſtitiſſe, inter *Trinitatem*, & *exſtitiße*, 70 intermiſcet vocabula, priuſquam ſententiam abſolvat. *Pag.* 25. dicturus, diabolus allocutus eſt Evam, inter *diabolum* & *Evam* 65 vocabula interſerit. *Pag.* 26. Parentheſin habet 12 regularum. *Pag.* 29, 30. inter nomen *virguncula* & verbum *riſit*, 44 verba interpoſita conſpiciuntur. *Pag.* 91. duas habet parentheſes, quarum ſingulæ conſtant 55 vocabulis. Neque ulla occurrit pagina, qua ejuſmodi ineptias animadvertere non datur. Quæ, præterquam quod inani arrogantia turgeant, lectorem ita obtundunt & ſuſpenſum habent, ut ſi viva voce dicerentur, ſenſum nemo mortalium aſſequi valeret; neque in ſcripto id quiſquam poteſt, niſi rejectis ſemilunulis, & ſemotis paraſangis, nomen cum verbo ſuo conjungat.

Stylum etiam hiſtoricum, atque oratorium, à poëtico diſtinguere non videtur didiciſſe naſutus blatero. Quo fit, ut nihil facile, nihil obvium, nihil pellucidum, atque illuſtre contineat ejus oratio; ſed tota aſperis ac duris ſcateat metaphoris, & meris

ri turgeat ampullis, non aliter, quàm Hebræorum
ermina, quaſi nubes transvolare conſtituiſſent.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis:
Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo
Baſſaris, &c.

Specimen unum, atque alterum proferam:
ug. 9. de Satana ſcribit; *Invidiæ urtica percitus*
non, *Evam ilico arrogantiæ œſtro infeſtavit.* Om-
ni. ineptiarum plena. Urtica notiſſima illa herba
e, ab urendo dicta, cujus folia mordacia appel-
lat Plinius, & Ovidius;

Aut piper urticæ mordacis ſemina miſcent.

uæ quoniam venerem irritare creditur, Juvenalis
o ipſa uſurpavit libidine;

Irritamentum veneris languentis, & acres
Divitis urticæ.

Quoniam autem invidiam urtica non inflammat, in-
te dicitur invidiæ urtica percitus, & longe in-
tius id ad dæmonem transfertur, quaſi ille utere-
q philtris. Æſtrum etiam per æ Latinis auribus
auditum eſt, per œ apes majores ſignificant, quæ
menta exagitant. Quod pueriliter nimis infla-
m, & tumidum eſt; Diabolus Evam invidiæ a-
bus vexavit. *Infeſtare* enim *vexare*, non *infice-*
reſt.

Hoc equidem ſtudeo, bullatis ut mihi nugis
Pagina turgeſcat.

io, œſtrum per metaphoram de divino Poëta-
m furore dici. Sed & hoc non minus ineptum hic
e.

Pag. 11. De homine ab ineunte ætate depravato, ſcribit; *dum adeo hac labe ferruminatus eſſet.* Hominem peccato ferruminari admodum frigide dictum; eſt enim ferruminare plura corpora conglutinare, & quaſi in unum miſcere. Quod de peccato & homine dicere nimis longe quæſitum eſt.

Pag 22. ait; *ſi quædam ruſticante ſtylo peraravero.* Pro difficili, inurbano, inculto ſtylo. Satis profecto ruſtice. Ruſticari enim nunquam aliud quid ſignificat, quam ruri agere, non ruſticum agere. *Lælius ſemper fere cum Scipione ſolitus erat ruſticari,* inquit Cicero. Nemo adeo inſanit, qui id interpretetur, quod accurate, & polite non ſcripſerint, aut ſcribere valuerint.

Pag. 24. de arbore vitæ dicit; *cujus eſu, non ſemel, ſed ſæpius vita potuiſſet produci in æternum.* Quis ſanæ mentis unquam ſcripſit, eſus non ſemel, ſed eſus ſæpius, pro unico, & iterato? Non meminit ſcilicet adverbia verbis jungi, non ſubſtantivis. Senſus alioqui foret, cujus eſus non ſemel vitam produxiſſet in æternum, ſed ſæpius. Quod perineptum.

Pag. 26. de Satana ſcribit; *obſtrangulati nunc ingenii fluctuantem mulierem, maleſuadarum ſententiarum congerie adoritur carnifex.* Pro titubantis, & vacillantis ingenii, Perquam inepte. Nam obſtrangulare ne quidem latinum eſt, & ſtrangulare eſt gulam frangere. Ingenii autem gulam frangere ridicula nimis eſt metaphora.

Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet. Quam turgidum etiam, atque affectatum eſt, quod

Adamum

amum *candidatum mortalitatis*, & Evam *candida-*
ta exitii appellat p. 77. & 27. Candidati dice-
itur, qui candida veſte Magiſtratus petebant,
honores. De quo Plinius Lib. III. Epiſt. 20.
re idem apta ſimilitudine *candidatos immortalita-*
potuit appellare eos, qui æternam ambirent glo-
m. Sed quia exitium nemo ambit, inepte dici-
candidatus mortis. Sed ille

Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba.

Pag. 25. de diabolo dicit; *mentis aciem hoſtis ſau-*
us obnebulans: ſic p. 88. *hoſtis ſaucius*. Pro ſangui-
rius, cruentus, infeſtus. Quam gratiam, quam
nuſtatem habet hæc alluſio, diabolus hoſtis ſau-
us, & *vulnere tardus*, mentem obnubilat. Quid
ucium, vel non ſaucium eſſe, defert ad obnubilare
entem? Reſpexit forſan ad verſum *Virgilii*, de
gna aquilæ, & draconis; *ſaucius at ſerpens ſinu-*
a volumina verſans. Aſt illic quoque ſaucium eſſe
gnificat unguibus aquilæ vulneratum eſſe, quod
a induſtria hic ad diabolum transferri queat, di-
t, qui ſcripſit. Scio equidem ſaucium eſſe, ad
nimum quoque referri; *at Regina gravi jam dudum*
ucia cura, i. e. amore ægra. Sed & hoc non mi-
us inconcinnum eſt. Diabolus animo æger, &
more ſaucius, aciem mentis obcæcavit. Omnem
porem perdit oratio.

Pag. 49. ait, *ne poſt Homerum Iliada, poſt Voſſi-*
m Ariſtarchum, poſt Grotium de jure belli & pacis,
iconiam molirer. i. e. deridendum me præberem. Nihil
nquam majore riſu dignum ſcriptum eſt. Num Ho-
merus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

merus, num Grotius, num Voſſius ciconiam moliti ſunt, i.e. deridendos ſe præbuerunt? Et quæ hæc eſt conſtructio, *Iliada, Ariſtarchum ciconiam moliri?* Senſus alius eſſe non poſſet, niſi, ego conarer ex Iliade, & Ariſtarcho ciconiam facere. Quo nihil magis inſulſum cogitari poteſt. Præterquam quod *ciconia* nunquam uſquam ſignificet ridendum ſe præbere, ſed *pinſere ciconiæ* ſcripſit Perſius, pro alteri à tergo illudere. Duobus enim prioribus digitis extenſis, primum modo ſurſum, modo deorſum movebant, atque ita motum roſtri ciconiarum imitabantur, alioſque à tergo tundebant.

O Jane à tergo quem nulla ciconia pinſit.

Quod quam ſtulte hic applicetur intuenti patet; *ne ego cum Homero, Grotio, & Voſſio crepitum roſtri ciconiarum imitari coner!* O hominem digniſſimum quem à tergo ciconia pinſat.

Atque iterum *Pag. 53.* ſcribit; *miſelli nos homunciones, ſtimulo carnis concepti, & nodoſo aculeo piſti.* Quod ex Belgiciſmo non tantum ſcurrilitatem tali autore dignam continet; ſed & ineptum plane eſt. Pinſere non eſt componere, ſed frangere, & contundere frumenta, & farinam facere. Quod non aculeo, ſed lapide perficiebant.

Trita ceres rapido ſilicum decurrit ab ictu.

Virgilius in Moreto. Homines vero perquam inepte dicuntur fracti & contuſi, pro geniti.

Pari ſtultitia dicit *Pag. 118. Si Domitianam hanc quæſtionem, Saturninis, & improbabilibus adſtruere viderer aſteriſcis.* Sic *Pag. 141. Aſteriſci notis multa nota-*

...vit Six. Amama, pro reprehendit. Aſteriſcus ...ſtula eſt, quam appingebat Origenes, quoties ...ranslatione 70 interpretum prætermiſſum quid ...t, quod ipſe ex Theodotione ſuppleverat: *obelo* ...o, ſeu virgula jacente, notabat, quoties inſer... quid eſſet, quod in Hebræo non reperiebatur. ... quibus *Auguſt. & Voſſius c. Ravensberg.* Quis ...tem, niſi ingenti ſtupore oppreſſus, diceret, ...æſtionem aſteriſcis adſtruere? Quaſi aſteriſcus ...umentum, & ratio demonſtrativa foret. Et ...dem aſteriſcis *improbabilibus, & malis.* Obelis ...tius, & verubus dixiſſet. Nam aſteriſcus ele...ntiæ, & approbationis nota eſt. Addit etiam ...*turninis*, frigidis credo: quia ſtella Saturni fri...la habetur.

Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet.

...aſi aſteriſcus aliquis planetarum foret, qui calo..., vel frigore corpora noſtra infeſtet. *O cor Ze...loti, ô jecur Cratetis*, ut ſua ei verba reddam.

Prætericram quod *Pag.28.* de diabolo dicit, *peri...antium* παϱάκλητ☉. Stulte profecto, atque im...e. Non enim diabolus miſerorum hominum pa...cletus, ſeu patronus exiſtit, quod Chriſti, & ...iritus S. epitheton eſt: ſed κατήγοϱ☉ accuſator, ...ſtis, & tortor. Legerat forſan in *Polydoro Vir...gio*, paraclytum *eſſe ſceleratorum conſocium*, quem *...aracleto* diſtinguere non noverat. Quod autor ta...en ibidem diſerte facit. l. v c. 13.

Neque tantum ejuſmodi duris, & faſtuoſis me...phoris repleta eſt ejus oratio; ſed & turpibus bar-

barif-

bariſmis, ſolœciſmis, ineptis, rancidis, & ctis verbis ſcatet. En ſpecimen aliquod.

Pag. 8. Sigillatim deduximus. Pro diduxim *Deducere* enim eſt deorſum ducere, ut ait *Lucreti* Diducere eſt in diverſas partes ducere.

Tum verò in curas animus diducitur omnes.

Pag. 29. in profana illa Evæ deſcriptione dic bat; *atque emiſſariorum ſtabulo pecudum inſtar.* p *emiſſariarum.* Pecudes enim maſculino genere n dicuntur. Virg.

Et lætæ pecudes, & ovantes gutture corvi.

Ibidem *p.* 30. *Et non repugnanti oſcula fingens.* P figens. Cur non ſavia dixit. *Tria enim oſcula genera ſunt; oſcula officiorum ſunt, baſia pudicorum a fectuum, ſavia libidinum.* Donat. ad Terent. H vero Evam ut libidinoſam meretricem inducit.

De qua præterea fingit, *ſerratoque morſu nunc cr nunc lacertos vexans.* Serrato morſu, pro *moll blando, clementi*, ut Plautus, Lucret. Catul. ajun perquam inepte: homo enim ſerratos dent non habet. *Tria dentium genera ſunt, ſerr ti, aut continui, aut exerti. Serrati, pectinati coëuntes, ne contrario occurſu atterantur, ut ſerpent bus, piſcibus, canibus. Continui, ut homini, equ Exerti, ut apro*, inquit Plinius l. XI. c. 37.

Nec minus abſurde dixit, *morſu nunc crus, nu lacertos vexans.* Quæ canina foret blanditia. La bia mordere dicunt Poëtæ. Catul. c. 8.

Quem baſiabis? quo labia mordebis?

Collum addit Ovid. l. III. El: 14.

Cu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

ur plus quam ſomno turbatos eſſe capillos,
Collaque conſpicio dentis habere notam.

g. 31. vulnerati pectoris cicatricem ſingultibus
s quaſſans. Ridicule. Quis fando audivit,
ricem ſingultibus quaſſari? *Ilia* ſingultu ten-
, pulſare dixit Virg.

Imaque longo
Ilia ſingultu tendunt.
Et longis ſingultibus ilia pulſat.

g. 33. de corrupta natura ait; *ut neceſſe haud*
amus in Clinopala à Suburana magiſtra dogmata
e. Quaſi Clinopala vicus, aut regio aliqua
. Cum contra, Subura regio eſſet. *Liv.l.III.*
. ubi poſtea Cæſar habitavit. *Suet. l. I. c. 46.*
mosæ meretrices.
Nota ſuburanas inter Telethuſa puellas.

opalen vero, non *clinopalam* dixit Domitianus:
dinis nimiæ aſſiduitatem concubitus, velut exerci-
nis genus, clinopalen, vocabat, inquit *Suetonius.*
2.

ag. 45. bene vaſato, ac peculiato caballo digna ſen-
a. Turpi non minus oratione, quam ſenſu.
ire, & *vaſatus* Latine non dicitur. *Peculiatus*
m non niſi in una Pollionis ad Ciceronem Epi-
a reperitur: atque ibi hominem bene numma-
, & pecunioſum ſignificat. *Ep. 32. l. x.* Quare
inſulſe alio detorquetur.

ag. 61. Tralatitius gradu comparativo dicit. *Ita*
l tralatitius eſt apud autores Græcos, & Latinos.
perite, eſt enim poſitivum.

Pag. 62. Admiranda ſubtilitate, *ventrem omnium malorum cladem, ac fontem*, dicit. Certe ſi venter omnium malorum clades, ruina, ac mors eſt, bene faciunt, qui ventri ſerviunt. Reſpexit, opinor ad Horatii carmen, l. 3. O. 6.

Fœcunda culpæ ſecula nuptias
Primum inquinavere, & genus, & domos.
Hoc fonte derivata clades
In patriam, populumque fluxit.

Neque animadvertit nugator, cladem illic non cauſam, non fontem, ſed ipſum deſignare malum quod ex illo fonte in Remp. fluxerat.

Pag. 68. ait, *libidine evigoratis.* Pro effœminatis, delumbibus, viribuſque fractis. Nec vigorare, nec evigorare Latini ſcribunt. Sic p. 69. ait *perpruriſcens hæc libido.* Prurire vocabulum ubique obvium eſt. Pruriſco, & perpruriſco non memini uſquam inveniri.

Pag. 71. iterum turpiſſime, & ſtultiſſime ſcribit, *Foliis fici, ſubter quæ proculdubio turpiter illa virum cognoverat, ſola genitalia, quæ peccaverant, obnebularunt.* Sic *p. 25. mentis aciem obnebulans.* Pro obnubilarunt. Quod non à nebula, ſed à nubo, tego eſt. Qua inſuper conſcientia dicit atheus ſolam eam peccaſſe partem, qui antea, oculos, digitos, labia tam turpiter deliquiſſe commentus erat? Et ſi Moſi credit narranti, ut ille putat, quod inferiorem partem ventris velamine obduxerunt, cur non & eidem credit narranti, quod fructum arboris comederint, eoque peccarint?

Pag. 77.

pag. 77. *Quapropter Deus terram propter hunc ma-*
...cit. Pluſquam puerili oſcitatione ac negligen-
... pro *terræ* maledicere. Ibidem *venerari* dicit
... venerem exercere. Contra quam veteres ad u-
... omnes ſcripſerunt, quibus venerari eſt colere,
...rvare.

...primis venerare Deos, atque annua magnæ
...acra refer Cereri.

...gini Grammatici autoritas hic nulla eſt.

pag. 87. Lubentius pro potius: *Lubentius lar-*
... lurcaſſet verpulus. Lubenter eſt *libenti animo*,
...t Cicero. Quo Judæi lardum non guſtarent.

pag. 103. Eſdram per contemtum vocat, *Calla-*
...nedrii præſidem. Quod barbarum plane.

pag. 124. Ita ſcribit, *ut à malo pupa culinæ jura*
...oribus variis variegata. Quæ verbis & ſenſu in-
...p. Pro malo *popa* credo. Sed quid ad popam
...næ jura, eorumque liquores? Non enim co-
...erant, ſed victimas vendebant, & feriebant.
...banus, *Voſſius* in voce popa. *Variegatum* quo-
... præter *Apulei* aſinum nemo dixit. Qui eo pro
...s coloribus ornare utitur; non pro corrumpere,
...ic.

...erum ne plura coacervem pag. ult. errata excu-
...rus, & emendaturus, turpiſſime ea adauget;
...ndi mihi, ut tralatitii meminiſcantur effati. pro
...minerint. Ibidem, Cumini ſectores, *qui de-*
...ſos ad quodcunque rodent ungues. pro demorſos.
...s unquam ungues demergi audivit? Imo ne
...dem demorſos ungues rodere ſatis apte dicitur,

 cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

cum ungues rodere ſit eos demordere. Et hæc q[uidem] aliud agens notavi, præter innumera obſcœ[na] verba, quæ pius ejus animus commentus eſt; q[uæ] mihi enumerare non lubet.

Quorum omnium ne jota quidem producere[m] qui ipſe ſtylum non curo, niſi luce meridiana appa[re]ret, hominem opinione ſtyli ſui tantum intumeſc[e]re, ut ſe nulli virtute ſecundum perſuaſum velit.

Rem ipſam quod attinet huc fere rede[unt] omnia.

1. Arborem ſcientiæ boni & mali eſſe Adami [vi]rilitatem.

2. Uſum conjugii homini integro interdictu[m] fuiſſe.

3. Adeoque in ſe, omni tempore malum, *κατ' ἐξοχὴν peccatum*. pag. 61.

4. Primum ergo peccatum fuiſſe fornicatione[m] aut Sodomiam.

5. Ex qua natus eſſet Cain.

6. Peccatum originale, quod inde in poſter[os] derivatur, eſſe generandi cupiditatem.

7. Tandem accedunt blaſphemiæ in Scriptura[m] S. quam hodie habemus, eam non eſſe ipſum ve[r]bum Dei, ut quidem primitus conſcriptum eſt, ſe[d] *mutilum, mutatum, libri corrupti, Prophetæ contu[r]bati, ſtylus acerrime, & æſtuoſe convulſus*, p. 122. *di[f]ficiles reſcindendi nugas continere*, p. 124.

Quæ omnia nebulo, non modo ſine ulla deco[ra] obſervatione, ſed & ſine ullo ordine, & rationu[m] agmine perſequitur. Tantum ebullienti animo

atqu[e]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

e inflatis buccis, literas crepat, & Poëtarum one turget.

Majores nuſquam ronchi, juveneſque ſeneſque,
Et pueri naſum Rhinocerotis habent.

os, priuſquam hominem delumbemus, certa, e indubitata quædam præmittenda cenſemus.

Certum eſt D. Deum hortum Eden, omnium iarum, & felicitatis ſedem, primo homini eſſe, ut ut forte regionem qua ſtetit, digito monſtrare nequeamus. *Naturæ auctor*, inquit, *infini-Meſopotamiæ, Armeniæ, & Aſſyriæ, ubi Ti-Euphrates, & Piſotigris, ſive Naharſaris in u-confluunt alveum, hortum delicatiſſimum die ter-lantaverat ad Orientem, prope Haran Arabiæ inarium, in Eden regione fertiliſſima Babyloniæ . pag. 23.* De eo ergo nulla intercedit controa.

. Certum quoque deinde eſt, eodem amœniſ- horto omnis generis frugiferas arbores, flores, as, viſu, olfactu, guſtatu omnia gratiſſima lita ſtetiſſe. *Liberaliſſimus hic, ac benignus Pa- homini omnia, beſtias, earumque carnes, herbas, s, cunctaſque arbores, earumque fructus concedit,* pſe *p. 23, 24.*

I. Certum denique eſt, eodem loco ſtetiſſe ar-m vitæ, ſymbolum quòd homo felicem hanc m à D. Deo acceperat, neque, niſi præceptum aret, beatam cum Deo communionem unquam liturum; verum ubi officio perfunctus eſſet ſum-cum Deo fruiturum beatitate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Te, cum ſtatione peracta,
Aſtra petes ſerus, prælati regia cœli
Excipiet gaudente polo. Lucan. l. 1.

Confitentem hic habemus hominem noſtrum. Qu & *conceſſit* ei Dominus *fructus ligni vitalis, cujus eſu non quidem ſemel, ſed ſæpius, vita potuiſset produci æternum.* p. 24.

IV. Quæ omnia cum certa atque indubitata ſint quis tam impudenti vecordia obrui ſe patiatur, *arborem ſcientiæ boni & mali*, unam quoque iliaru arborum fuiſſe, in dubium trahat, quas D. De eodem loco nutu ſuo plantaverat?

1. Nam primo quidem, omnia uno, & eode conſtanti tenore narrantur; *de omni arbore liberu tibi erit edere; ſed non de hac.* Cum ergo priora eju dem orationis mythologica, & ſymbolica non ſint ſed veram contineant hiſtoriam; impudentiſſimus eſt qui poſteriorem partem pro libidine ſua alio traha

2. Dein, cum dicitur, *de omni arbore hujus ho ti comedes*, nulli dubium eſſe poteſt, veras eo a bores, veri deſignare horti. Multitudo enim, varietas arborum, frugumque, uſui hominis ex ponitur. Quod de parte illa corporis Adami, qua ſinus abſcondit, intellectum, ne ipſa quidem impu dentia dixerit. Numquid Adamo virilia, & Ev muliebria erant centena? Cum ergo Legislat ſubdit; *ſed non de hac arbore, ſcientiæ boni & mal* Certe indignus eſt, qui inter homines cenſeatur quiſquis hanc quoque aliquam creatarum arboru ejuſdem horti neget.

3. Pr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

3 Præſertim cum id præceptum, Eva necdum nita, Adamo datum legatur. Cum fornicandi ll ſuboriri, vel ſuſpicari poſſet occaſio. Neque iare potuit Adamus fore ut Deus conjugem cre- Qua ſi caruiſſet, nonne ridiculum, & ſtoli- fuiſſet præceptum, de fornicatione vitanda?

4 Manifeſte quoque enarrat hiſtoria, Evam ab- Adamo à Dæmone tentatam, ac deceptam E a ſola Dæmonis orationem audivit, ea ſo- cerpſit ab arbore pomum, ea ſola primum edit, oſtea marito tradidit, *Gen. III. 6.* Quare illa diaboli ſermone ſeducta dicitur, 1 *Tim II. 14.* d cogitari non poſſet, ſi ſceleſtiſſima hæc ad- eretur ſententia.

Quinimo diſerte exponit hiſtoriographus, d mulier arborem bonam eſſe *ad veſcendum* judi- rit, quod ejus intuitu cupide ſeſe oblectaverit, dque ſibi perſuaſerit, fructum ejus acquirendæ lentiæ cauſa deſiderabilem eſſe, ut loquitur *inus.* Idque omne ad orationem dæmonis ab- e marito. Quæ omnia de veræ arboris, vero tu hic agi palam evincunt; non de carne abſen- dami, qua quidem veſci non poterat.

I. Alterum propudioſi libelli fundamentum eſt; nini in ſtatu integritatis & juſtitiæ, uſum conju- nterdictum fuiſſe.

. Quod quidem uno Salvatoris dicto abunde re- tur. *Mat. XIX 4. 5. 6. Non legiſtis opificem ab initio ſſe marem, & fœminam? Eumque dixiſſe; propterea linquet homo patrem & matrem, & agglutinabitur u-*

xori ſuæ. Qui duo erunt una caro. Ita ut non amplius ſ duo, ſed una caro. Quod ergo Deus cõjuxit, homo ne ſeju gat. Quid manifeſtius deſiderari poteſt? Deus ab ip mundi primordio hominem ad conjugium præpar vit, ideoque fecit marem & fœminam. Imo e dem tempore eos vinculo matrimonii conglutinav *Quod Deus conjunxit*, eademque hora, homi nondum lapſo, inſtituit ut eſſent una caro. Q ipſa corporum conjunctio proculdubio continetu Mater & filius amoris vinculo conſtricti maner atque eatenus unus animus, quoniam tamen nul matrimonii vinculo colligati ſunt, non ſunt una c ro. Hic vero Deus voluit ut eſſent una caro. Ta tum abeſt ut id integro homini interdixiſſet.

2. Præterea; ideo Dominum hoc feciſſe mon *Malachias*, quia *quærebat ſemen Dei* : i. e. Sa ctam, & omni labe carentem prolem. *Mal. I 15. Nonne cum abundantiam ſpirituum haberet, n niſi unam fœminam creavit? Et cur tantum unam? qu querebat ſemen Dei.* Quodſi data ſit Adamo uxor ut progeniem imagine Dei illuſtrem progeneraret certe inſanit, quiſquis ei uſum conjugii ſub pœ na mortis vetitum mentitur.

3. Et quem quæſo in finem Eva *mulier* creata e ſet? atque inter omne quod in cœlo ac terra rep ritur, ſola ad humani generis propagationem apt nata? Numquid ad venuſtatem horti conſervan dam, Adam muliere potius, quam auxilio viri e gebat? *Nullum ei reperiebatur adjutorium*, inqui ſanctus Scriptor. Certe ad hortum colendum nul

l

o egebat adjutorio, qui quod poſſet, id ipſe ageret; & ſi quo eguiſſet, nihil opus erat propterea fœminam creari, quæ viribus longe inferior maribus eſt. Creata ergo eſt, ut foret ei adjutorium ad progenerandum genus humanum. Et quorſum membra ad procreationem ſui generis apta nata, ac maxime admiranda potentia ſui ſimile generandi, ſiquidem omnis conjugii uſus homini interdictus fuiſſet? *Membra corporis declarant à natura procreandi habitam eſſe rationem*, inquit *Cic. 3. de fin. c. 19.* Quod autem Gentes *naturæ* tribuunt, id opifici *Deo* adſcribendum Chriſtiani probe novimus. *Quid enim aliud eſt natura quam Deus, & divina ratio?* inquit ipſe *Seneca l. IV. de benef. c. 7.* Quos perſtringit *Lactantius* hiſce verbis; *Quod ſi Deum naturam vocent; quæ perverſitas eſt, naturam potius, quam Deum nominare? l. III. c. 28.* Deus ergo eſt, qui procreandi rationem habuit, cumque in finem marem & fœminam homines creavit.

4. Quod manifeſte quoque videre licet ex eo, quod narrat Moſes, Deum creato homini dixiſſe; *Creſcite, & multiplicate vos, replete terram, & ſubigite vobis eam, & dominemini piſcibus maris, &c.* Quod *creſcite*, brutis dictum, inſtitutum quidem Dei continet, quo modo brutorum genus adaugeri conſultum duxiſſet; homini vero inſuper divini inſtituti intelligentiam, ac perceptionem confert; adeoque, quomodo id inſtitutum ab ipſo adimpleri deberet, expoſuit.

Tum dextram complexa viri, dextramque puellæ
Tradit, & his ultro, ſancit connubia dictis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Vivite concordes, & noſtrum diſcite munus.
Quod cum hominibus necdum lapſis contigerit, inſanientis eſt, iis conjugii uſum interdictum comminiſci.

Nec habet atheus quod reponat, niſi *creſcite, & multiplicamini, fugitivo loco* (alieno) *per incogitantiam Scribarum ſecundorum, vel ſequentium eſſe inſertum.* pag. 150. & 19. *poſt lapſum enim in ſtipendium inobedientiæ Deus Adamo, & Evæ conceſſit, creſcite & multiplicamini.* Fateris ergo commentum tuum directe divinis oraculis adverſari, ut ea quidem hodie in mundo reperiuntur; fateris te θεομαχεῖν, *cum Deo pugnare:* nec metuis tremendam illius iram qui dixit, *durum tibi fore*, πρὸς κέντρα λακτίζειν, *adverſus ſtimulum calces.* Feſtinatione, & incogitantia Scribarum poſſet verbum aliquod prætermitti, verum à poſteriori parte ad ea, quæ præceſſerunt, quæque jam ante deſcripta forent, retrahi quidquam non poteſt, niſi deſtinato, & profano ſcriptoris conſilio. Quod ſuſpicari hic nemo poteſt; quoniam nihil inde lucri ſperari cuiquam poſſet. Et quis mortalium tam ſagax, ut in tanto codicum numero id præſtare ſciret, omnibus dormitantibus, ac nemine animadvertente? Certe tempore Ptolomei Philadelphi, pene ter centum ante Chriſtum annis, eodem loco ſcriptum exſtitiſſe, verſio 70 evincit. Quæ tempore Chriſti, & Apoſtolorum vulgo à Judæis Græcis legebatur. Quanquam & tum codicum Hebræorum copia erat, qui publice in Synagogis legebantur *Act. XV. 21.* atque etiam privatim.

im. *Act. VIII. 28.* Poſt tempora Apoſtolorum
utem verſio *Aquilæ*, quam *Baronius* ad annum
hriſti 137 reducit, & *hexapla*, atque *octapla O-
genis* ad a. 233. vel pertinaciſſimum convincunt,
enedictionem illam omni ſeculo eo loco ſcriptam
etiſſe. Quis vero hic nebulo eſt, qui ſola impu-
iſſimi cordis malignitate, nullo argumento ſufful-
is contrarium ſuadeat? Præſertim cum eadem
enedictio ante biduum, commate 22, piſcibus
enunciata legatur. *Creſcite, & multiplicate vos.*

Nec dicat ſcrutarius noſter, *Patres ſtatuiſſe, ſi
rimi parentes in ſtatu innocentiæ permanſiſſent, homi-
es non per generationem, verum abſque conglutinati-
ne, angelorum inſtar multiplices futuros fuiſſe. pag.
6.* Primum enim, id ſi ſtatuunt Patres, certe
enedictionem, ſine qua nulla animalium multipli-
atio contingere potuiſſet, ad Adamum ante lapſum
ertinere palam aſſeverant. Adeoque blaſphemias
uas damnant. Quanquam id non valde affirmant
ræci Patres; ſed ad potentiam Dei, qua ex la-
idibus filios Abrahæ ſuſcitare poteſt, reſpicientes,
eo alium modum poſſibilem, melius illi ſtatui
onvenientem, ſtatuunt, quem eum electurum fu-
ſe, modeſte conjiciunt. Quod tamen innumeris
elis confodi poteſt. Idem enim dictum erat piſci-
us v. 22. qui abſque procreatione aucti non fuiſ-
ent. Verba quoque manifeſte activum ſenſum ha-
ent; *creſcite, & multiplicate vos*, ut recte *Calvi-
o* obſervatum. Quamobrem alibi vocabulum *pro-
agare* additur. c. VIII. 17. & IX. 7. *creſcite, pro-
pagate.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

pagate. Et Deus ex uno ſanguine quærebat ſemen *Mal. II. 15. Act. XVII.* Atque ideo conjugium inſtituerat, quo fierent una caro. *Matth. XIX. 4.* quod procreationem continet. *1 Cor. VI. 16.* Sufficiat ergo cum *Auguſtino* dixiſſe, quod *ſolo piæ charitatis affectu, nulla corruptionis concupiſcentia filii naſci potuiſſent. de Gen. ad Tit. l. III. c. 21.*

III. Atque ita alterum execrandi libelli fundamentum everſum eſt. Tertium ſequitur; *uſum conjugii, ſcilicet, in ſe, omni tempore malum, &* καὶ ἐξοχὴν *peccatum eſſe.* Quanquam id alibi mitigare videatur; *concubitus ipſe per ſe non erat malus, alias ipſe Nomotheta poſtea peccatum juſſiſſet. p. 116* Quod ſi ex animo dicat, verumque eſſe credat quid ſupereſſet, quod toto libro tam ſcurriliter exagitaret nebulo? Non ergo conjugii amor, non conjugum conſociatio, non liberorum deſiderium res per ſe mala ſunt, ſed unus ejus abuſus. Cui, quis mortalium unquam contradixit? Quod ſi conjugii leges Adam violavit, producatur edictum, demonſtretur factum. Nihil hic ænigmate, nihil conjectura efficitur. Non dices, opinor, quod adulterio violaverit, non ſtupro; non vi, non ſimili aliquo ſcelere. *Quid ego tibi deliqui, ſi cui nupta ſum, tecum fui?* Plaut. Amph. *Qui jure ſuo utitur, nemini injuriam facit.* Sed hoc illud eſt; conjugium rem in ſe malam vult Chami nepos. *Adeoque peccatum* καὶ ἐξοχὴν *eſt coëundi pruritus, ejuſque perfectio*, inquit pag. 61.

Quod quomodo conciliabit atheus cum eo, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

[A]poſtolus ait; *conjugii torum rem per ſe honeſtam eſſe* [H]*eb.* XIII. 4. Num tu impurum dices, quod [D]eus ſanctificavit? *Si uxorem ducis, non peccas*, [in]quit Apoſtolus, *& virgo ſi nubat, non peccat.* [1] *Cor.* VII. 28. Tune *Tatiane* id ſummum ſcelus, [&] peccati perfectionem blaterabis? Neque horres [ta]m aperte Deo refragari? Idem Apoſtolus jubet, [u]t *maritus uxori debitum officium*, atque illa viciſſim [m]arito præſtet. Hic vero numinis contemptor id [in]ventum Diaboli, atque opus execrandum calum[ni]atur. Quin imo conjugium eo uſque ſanctum [p]ronunciat Apoſtolus, ut *incredula mulier ſanctifice*[*tu*]*r per credentem maritum*, & vice verſa. Hic vero [to]to libro conjuges eo pollui, & contaminari voci[fe]ratur. Quo non fervidis rotis rapi ſe patiuntur [h]omunciones, qui neglecto veritatis amore, no[vo]rum inventorum gloriam captant! Apoſtolus [do]*ctrinam diaboli* appellat, ſi quis *conjugia prohibita* [d]oceat, 1 *Tim.* IV. 3. Hic vero doctrinam diaboli[c]um eſſe, ſi quis conjugia laude ſua cohoneſtaverit, [&] non palam eructet, animo tamen ſentit, & clam [an]nuit.

[I]V Verum, ô *Tatiane*, examinemus rem, qua va[le]mus diligentia. Quid in toto conjugio tam im[p]urum, tam abominandum reperitur? Primo qui[d]em, ſtatus ille per ſe nihil indecori, nihil abſur[d]i continet, imo vel Prophetam & Apoſtolum de[c]et. 1 *Cor.* IX. 5... *An ego, & Barnabas poteſtatem* [n]*on habemus circumducendi uxorem? Epiſcopus ſit u*[*n*]*ius uxoris maritus.* 1. *Tim.* III. 2. Quem ſtatum

neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

neque ſe, neque optimum quemque dedecere ſcr
bit Apoſtolus, quis hic homo eſt, qui eum cavill
tur? Omnium ſocietatum prima, ac præcipua eſ
viri & mulieris in matrimonium coitio. *Prima ſ
cietas in ipſo conjugio eſt; proxima in liberis. Cic.
off. c. 17.*

Neque finis conjugii à quoquam culpari jure po
teſt; ut legitimam prolem habeamus, qua & ſtab
liatur Reſp. & floreat ſancta Dei Eccleſia. Nun
majus quid ab homine in hoc terrarum orbe ſpera
poteſt? Et quis criminetur, quod vir uxori, at
que illo marito auxilio ſit? Quod onera, & mo
leſtias hujus vitæ, quæ ſinguli ægre, & vix ferunt
conjunctis viribus leviora faciant? Quod alter al
terum moneat, hortetur, conſoletur, quæqu
ad honeſte, & beate vivendum neceſſaria ſunt
qua poteſt induſtria conquirat? Et quis id homin
vitio vertat, quod naturalem illum producendi hu
manum genus appetitum, omnibus herbis imme
dicabilem, conjunctione leniat? *Commune enim
animantium omnium eſt conjunctionis appetitus, pro-
creandi cauſa, & cura quædam eorum, quæ procreata
ſunt. Cic. off. 1. c. 4.* Quapropter, *evitandæ forni-
cationis cauſa, habebit vir propriam uxorem.* Quod
mirabundus Tacitus; *prope ſoli barbarorum ſinguli
uxoribus contenti ſunt*, inquit. *Et virgines ſic unum
accipiunt maritum, quo modo unum corpus. Germ.*
c. 18. 19. Romani cenſura vexabant eos, ſi qui
cælibes manerent. *Val. Max.* l. II. c. 9. *Apud
Lacedæmonios*, inquit Julius Cæſar Scal. *cælibes feſto
die*

quodam à mulieribus circum aram tracti cedeban-
flagris : qua ex ignominia ad dandam liberis ope-
excitarentur, l. III. c. 99. p. 353. Adeo nul-
Gentes uſquam reperiuntur, penes quas conju-
m turpe eſt, atque infamiæ nota contaminatur.
ici quidam Cathari fraudulento ſanctitatis tumo-
effaſcinati, conjugia deſpuere, & profanare
perunt; indigni qui conjugiis ortum debeant.
Verum hic hæret aqua, uſus conjugii vitiis, at-
indecoris rebus annumerari meretur, inquiet.
c latum ſibi reperit campum porcus noſter, omni-
e lupanariorum ſtabula roſtro ſuo evertit, ut fœ-
a quæque reperiat. Generandi poteſtate abu-
tur immundi canes, ſexcentis artibus, atque
numeris modis flagitioſas ſuas libidines explent,
ſatiant; ergo uſus conjugii, res in ſe indecora,
ofana, atque illicita eſt. Quaſi dicas, edendi,
endi, loquendi, veſtiendi poteſtate abutuntur
ofani homines, ergo edere, bibere, loqui, ve-
ſti, res per ſe flagitioſa eſt. Ita concludant illi,
i rixandi libidine excæcati abuſum rerum ab ea-
m legitimo uſu diſtinguere aut non poſſunt, aut
n volunt. Nos uſum auctori Deo, abuſum dia-
lo adſcribamus. Quid argutuli illi ſanctiſſimo
oſtolo reſpondebunt, ſcribenti, *volo ergo junio-*
viduas nubere, liberos generare, domum curare, &c.
Tim. V. 14. Num Paulus præciperet ut ſe carnis
quinamentis polluerent conjuges, ut libidinibus
dulgerent? Abſit hoc à pietate Apoſtoli; verum
ipſo conjugio per ſe nihil eſſe quod Chriſtiano
homine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

homine indignum, vel Deo exoſum ſit, manifeſt
docet. Non tantum enim Deus conjugium ipſe in
ſtituit, ſed & imperaverat, ut ſi quis contract
matrimonio uxorem nondum recepiſſet, illi libe
rum foret ab exercitu diſcedere, uxorem domum du
cere, ne forte bello pereat. *Deut.* XX. 7. Imo tot
primo anno eum ab oneribus cæterorum civium im
munem eſſe voluit. XXIV. 5. Quod ſi conjugi
um Deo res tam abominanda foret, certe conjug
bus tam indulgenter non conſuleret ter optimus ma
ximus Dominus. Plura equidem producerem, ve
rum ea pudicitiæ velamine tegenda potius, qua
inverecunde denudanda reor. Verbum tantum
Si Domino Deo tantum diſpliceat conjugii uſus, cu
conjuges, una excepta adulterii cauſa, à ſe invice
diſcedere prohibet? Neque enim ille caſus exſp
ctandus foret, ſi, quisquis conjugii jure uteretu
Deo acceptus eſſe non poſſet; verum ab ipſo pri
mordio, ſine mora, conjugibus in diverſas oras di
cedendum foret. Et cur Salvator conjugia tan
gratia cohoneſtare voluit, ut ipſe nuptiis intereſſe
ſi execranda res foret conjugii uſus? *Væ illi, q*
patri dicit quid generas, & matri quid paris, Jeſ. XLV
20. Quo animo ergo blaterat nebulo, *ipſum coëun*
actum tanquam ſtultitiam execratur, & infamat Sac
Codex. Jer. XXIX. 23. Gen. XXXIV. 7. Deu
XXII. 21. Quod mendacium diabolo auctore,
hoc ejus ſervo à manu dignum. *Fornicationes,*
dulteria, idololatriam, Scriptura ſtultitiæ epithe
infamat; neque hæc tantum, ſed & omnem divin
leg

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

…s violationem. Idque ſummo jure. Incredi-
…a enim ſtultitia eſt, potentiſſimum Dominum
…ndere, ſeque unguibus rugientis iſtius leonis
…cere, atque in immane barathrum, & æternas
…bras præcipitem dare. Sed quid hoc ad ſan-
…m conjugii uſum? Quem præcipit, & probat
…r Codex.

…erum, ne quid celare videar, oblectationem
…e inter infanda recenſebit ſcelera. Quæ ta-
…i non niſi mera ſentiendi poteſtas eſt. Manus
…ra ſenſu diſcernit aliud molle, aliud durum eſ-
… & lingua quoque dulcia ab amaris diſcriminat.
… quid in eo peccati? Quid reprehenſione di-
…m? Nonne Deus eam poteſtatem corporibus
…ris indidit? Qui cum perluſtraret omnia quæ
…rat, *omnia valde bona declarabat.* Quod ſi à
…mino ortum habeat ea ſentiendi poteſtas, canis
…, qui eam allatrat. Cum *novum maritum* à mi-
…ndi onere abſolviſſet Dominus, diſerte addit,
… *cum uxore oblectet*, *Deut.* XXIV. 5. Atque ali-
… *oblectes te cum uxore adoleſcentiæ tuæ*, *Prov.* V. 18…
… æ Domini clementia, & benignitas, ſufficere
…is viro honeſto debet, ad hujusmodi latratori-
… os obthurandum. Si qua carnis intemperantia
…miſta ſit, quam jure culpare poſſet Dominus.
…m tamen ſeſe adeo indulgentem præbeat, ut id
…n modo ignoſcat, ſed & inſtitutione ſua quaſi
…endet, & expungat, quis eſt, qui id in apri-
…n producat, & ignominiæ exponat?

…IV. Sed jam ad ipſam rem ventum eſt, *num pri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

mum peccatum fuerit fornicatio, ſeu quod viola-
ſint

Ævæ virginitas, & conjugialia jura?

Quod ſcurra toto libro proclamat. Et quanqua-
ſufficeret repoſuiſſe, diabolicum hoc impudenti-
mi nebulonis figmentum eſſe. Verbo tamen aud-
mendacium redarguendum eſt.

Et primo quidem nemini legenti hiſtoriam
dubium eſſe poteſt, Evam, ſe quod attinebat, a-
ſente Adamo jam perpetraſſe, quod illis à Deo i-
terdictum erat; neque id animo tantum, ſed
ipſo opere. Dictante Apoſtolo, *Adam non fu-*
(à ſerpente) *deceptus; ſed mulier decepta. legem tran-*
greſſa eſt, ſeu fuit in transgreſſione. Illa ergo, ab-
ſente Adamo, jam perfecerat id opus, quod Deu-
ei ſub pœna mortis interdixerat. Eoque facino-
perpetrato illa maritum adiit, eique dedit, ut ede-
ret. Quæ manifeſte clamant, peccatum hoc no-
fuiſſe conjugalem mulieris cum marito conver-
tum.

Dein locus etiam diſerte docet, Evam ab ipſ-
arbore decerpſiſſe fructum, eumque guſtaſſe, atqu-
eundem numero, quem ſecum attulerat, marit-
dediſſe. *Et vidit mulier bonam eſſe arborem ad ci-*
bum, oculis delectabilem, & deſiderabilem ad experi-
mento ſe erudiendum; & tulit, de fructu ejus, & co-
medit, & dedit viro ſuo, & edit. Quæ omnia
ſcurrilia hæc figmenta evertunt. Neque ulterius
explanare opus eſt. Eva non potuit primo fructum
ab arbore vellere, tum guſtare, & poſtea Adamo
dare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

dæ, atque is tum demum deguſtare, ſi verum fore, quod hic mentitur.

3. Atque ut ulterius hæ nebulæ diſpellantur; ſi primum peccatum foret conjugum ad generandum genus humanum coitio, nos quidem nullo modo poſſemus cenſeri in Adamo peccaſſe. Quoniam exiſtimari non poſſumus in Adamo conveniſſe ad nos ipſos generandum. Num Cain cogitari poteſt concubuiſſe cum Eva ad ſe ipſum generandum? aut ſi quid in eo criminis, num ille ejus criminis reus cenſeri poteſt? Certe ſi poſſet, non ille ſolo, ſed & nos omnes genitores, & parentes noſtrorum exiſtimari poſſemus. Cui quis ſimilem unquam audivit inſaniam? Nihilominus tamen, *nos in Adamo peccaſſe*, pronunciat Apoſtolus: *in quo omnes peccarunt*, *Rom*. V. 12. Puta in primo illo, quod perpetravit peccato. Quo etiam *omnes in illo mortui* dicuntur, 1 *Cor*. XV. 22. Quæ profecto perquam inepta forent, ſi primum illud peccatum fornicatio fuiſſet.

4. Neque etiam peccatum illud nobis imputari ullo modo poſſet, ſi tale facinus fuiſſet. Id enim mihi imputari non poteſt, quod non poteſt putari eſſe meum. Hoc autem, ut vidimus, noſtrum eſſe factum putari nullo modo poteſt. Neque enim cum Socinianis tam craſſe deſipere quiſquam debet, ut exiſtimet nos ſtatuere, peccatum Adami nobis imputari, absque eo, ut nos putemur in illo, qui totam continebat naturam humanam, peccaſſe. Abſit. Nemo ulla juris ſpecie propter Adami pec-

catum plecti poſſet, niſi particeps foret ejus natu-
ræ, quæ tota, quanta quanta in Adamo peccavit,
Rom. V. 12. & VI. 23. Quod cum ſtante ſcurri-
li hoc commento, locum habere non poſſit, mani-
feſtum eſt, nebulonem hunc, totum peccatum ori-
ginale rejicere.

5. Et quæſo, quo pacto fœdus cum Adamo
tanquam totius generis humani capite, iniri potu-
iſſet, ſi illa fœderis fuiſſet conditio; *morieris, ſi ge-
nus tuum propagaveris?* Quaſi diceretur; ſanctam
habebis prolem, ſi nullam procreaveris; ſed ſi ul-
lam proſeminaveris, tuque, & proles tua, morte
moriemini. Quod à furore nihil diſtat. Dubium
enim non eſt, quin fœdus cum Adamo & Eva ini-
tum ſit, tanquam totius humani generis parentibus.
Si ergo primum peccatum fuiſſet generare, & pa-
rentes fieri, jam tum conſiderati fuiſſent ut pecca-
tores, pudendi ſceleris rei, diabolo mancipati,
mortis hæredes, inepti, qui fœdus, & legem o-
bedientia ſancirent. Quod cum mendacium aper-
tum ſit; palam eſt primum peccatum nequaquam
fuiſſe generationem.

V. Quibus ita diſcuſſis, ſponte ſua ruit quintum
ejus commentum; *Cainum Sathanæ primogenitum
fuiße, natum ſcil. ex primo illo contra Dei mandatum
pruritu, & concubitu, pag.* 79. Longe diſpar fuit
piæ matris Evæ ſententia, quæ ſe *primogenitum Do-
mini* accepiſſe læta teſtabatur, ac propterea ei no-
men Cain, *accepti, exquiſiti* dedit. *Virum* enim
à Domino, cum Domino, & virtute benedictionis
eju

eis *accepi*, inquit. Et quis hic aretalogus eſt, qui
m diabolo acceptum referat? Num ille gene-
ndi poteſtatem homini largitus eſt? Num ille
nimam creavit, corporiſque informantem formam
nſtituit? Num is concepti infantis paternam
ram geſſit? Vixit poſtea male. Quis negat?
Verum id non genituræ, neque nativitatis vitio e-
nit, ſed ſceleſti ejus animo imputandum eſt.
rte ſi Cain & Abel gemelli fuerint, de quo non
bitant optimi interpretes, nonne pie hi dicuntur
mogeniti *Sathanæ*?

VI. Poſtremum fanatici hominis delirium eſt,
ccatum originale non eſſe niſi generandi libidi-
m; *peccatum originale .... eſt in maſſa innata illa
cupiſcentia, & ingenita coëundi corruptela. p. 60.
genitum nefas, nihil aliud eſt, quam coëundi iſta li-
lo. p.* 87. Intemperiem quidem, & impotenti-
affectuum furores ſub jugum rationis cogendi,
er mala innata recenſeri haud ægre ferimus: ſed
am generandi libidinem peccatum originale ſta-
ere, admirabilis ſtultitia eſt.

Nam primo, ea inclinatio a multis non modo ab-
e poteſt, ſed & vere etiam abeſt. Dictante Ar-
cimagiſtro; ſunt *eunuchi, qui de matris utero ita
ti ſunt*, quique voluptatis hoc pruritu non infe-
ntur: *ſunt & , qui per homines tales facti ſunt,
atth.* XIX. 12. In his quoque fomes hic extin-
us eſt. Qui tamen lue originali non carent. Imo
ſerte monet Salvator, dari homines, quibus con-
entiæ donum cælitus conceſſum eſt, *Non omnes id*

piunt, inquit; *ſed illi, quibus id datum eſt*. Quemadmodum & divus Paulus narrat, inveniri homines, qui hoc igniculo non inflammantur. *Velim omnes eſſe, ut ipſe ſum; ſed quiſque pollet ſuo dono*, 1 *Cor.* VII. 7. Num igitur reperiuntur quoque, qui labe originaria polluti non ſunt? Quis ferat ejuſmodi ineptias?

Deinde, magiſtra experientia cernimus, ignem hunc absque ullo ſanctificationis beneficio, ſolo torreſcentis ætatis adventu, magis magiſque extingui, & tandem ſuperveniente ſenectute vix quidquam, præter cineres ſupereſſe. At vero, num ætas quoque peccatum originale diminuere, atque extirpare valet? Non credo equidem.

Præterea, appetitus hic manifeſte emendari & ſanctificari poteſt; dum homo non ex ſervilis voluptatis amore, ſed ſolo liberorum habendorum deſiderio, pie matrimonium init. Quod Apoſtolus appellat, in Domino id facere. *Si velit, nubat vidua; modo in Domino*, 1 *Cor.* VII. 39. An etiam peccatum originale in Domino exerceri poteſt?

Palam quoque eſt, nos generandi aviditate ad omne malum pronos non eſſe, cum ſit ſpecialis cupiditas ad factum ſingulare. Quemadmodum gloriæ cupiditate ad vanam gloriam quidem, non tamen ad omne malum proclives ſumus. Peccato originali autem non ad ſingulare aliquod, ſed ad quodcunque malum diſpoſiti invenimur.

Eſt enim totius naturæ, totius ſanctitatis defectus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

tu. Neque eam tantum ad illa, quæ carni grata ſunt, proclivitatem continet; ſed & cæcitatem intellectus, averſionem animi à Deo, & converſionem ad creaturas comprehendit, eoque inepti ad omne bonum deprehendimur. Quare imperite admodum in illa virentis ætatulæ flammula unice collocatur.

Atque ita protritum, & diſcuſſum eſt, quicquid nugator ad captandum atheorum applauſum commentus eſt. Umbra nunc argutationis diſpellenda foret; ſed meris cavillis, & diris calumniis totam conſpurcavit nebulo, ac tam obſcœna utitur oratione, ut honeſte referri non poſſint. Summam itaque rerum duntaxat delibabimus, & frigida quædam commenta enervabimus.

Initium quidem ducit a rancido illo Philonis, & Rabbinorum figmento; *Angelos ſpecioſarum forma feminum captos, illicitas cupiditates appetiiſſe .... ac matrimoniis ſeſe mortalibus miſcuiſſe*, ut fere *Sulpitius* loquitur. *Quod commentum ſua abſurditate abunde refellitur*, inquit *Calvinus*. Longius enim homo ab angelo, quam porcus ab homine diſtat, atque ejus forma multo minus capi poteſt, quam homo porci. Neque generandi facultas angelis ineſſe poteſt, niſi conceſſione divina. Quam Deus ſolis attribuit, qui corporibus veſtiuntur. Verum vel Gentilis viderit, de pueris Deo dilectis, non de angelis, hæc dici. Ovidius l. X. 153.

——— ——— ——— *pueroſque canamus*
Dilectos ſuperis, inconceſſiſque puellas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Ignibus attonitas, meruiſſe libidine pœnam.

Quo & alterum delumbatur commentum; *po*
Dæmones, aſſumptis ex aëre corporibus, liberos ſu
citare. Non minor enim requiritur virtus ad hu
manum corpus ex aëre, quam ex terra producen
dum. Quæ ſubſtantiæ variatio unius Dei eſt. N
que præter Deum quiſquam corpori vim generan
largiri valet. *Gen. XXX. 2. Pſ. CXXVII. 3.* Se
poſſe angelos *vivorum hominum phantaſiam obſidere*
& a conſuetis cogitationibus avertere, eoſque movere a
ea agenda, quæ ipſi homines non intelligunt, ut habe
Sedanenſes, nemini ut puto dubium eſſe poteſt
Tom. II. p. 145.

Similis farinæ eſt vulgare illud ſomnium; *occi*
Abele pars mundi quarta extincta fuit. pag. 18. Qua
ſi Adam 129 annis nullos procreaſſet liberos. Au
Cain, & Abel tunc uxores, & liberos non habue
rint. Cui bono? An & tunc *votum caſtitatis* & ab
ſtinentiæ voviſſent? Quid ſi dicam, plus quam
10000 fuiſſe? Moſes id non enarrat, fateor
Quia præcipuus ejus ſcopus fuit, patres, atqu
originem hominum, qui poſt diluvium vivunt, re
liquis aqua extinctis, atque oblivione deletis, re
cenſere.

Similiter circa arborem vitæ delirat, p. 24. *Cu*
jus eſu non quidem ſemel, ſed ſæpius vita potuiſſet pro
duci in æternum, utpote Sacramentum vitæ æterna
At ſymbola non producunt ea, quorum ſymbol
ſunt; alioqui adventu Chriſti opus non fuiſſet. E
vita hic producenda, vita erat ſancta, beata; a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

nam quid fruges valent? Imo ne vitam quidem
uralem *vivit homo per virtutem panis, ſed per be-
dictionem Dei, Matth.*IV. 4. Qua ablata, quid
eſſet arbor? Et quis illi indicavit, Adamum an-
lapſum non ediſſe ſæpius de arbore vitæ? Poſt
ſum vero acceſſus ad eam præcludi debuit; quia
mbolum erat vitæ ſpiritualis, & beatæ, à Deo
ceptæ, & accipiendæ. Qua ſe ipſe priva-
rat.

Tandem intermiſtis, cloacario potius, & fori-
ao, quam homine Chriſtiano dignis calumniis,
ſcurrilibus dicteriis, rem ſuam demonſtraturus
it; *Arbor itaque à ſummo legislatore primis mortali-
e,* (mentiris, nec dum mortales erant) *interdicta
n fuit frutex, aut ramus, neque ejus fructus &c. ſed
uſcules ales, quo gladiator fulget, juvenis cluit, vir eſt,
terfamilias precluit, cui ſceptro coronam imponens mu-
r, fit una cum viro, &c.* Execrande ſcurra! Tu iram
ei, tu ſupremi numinis tremendum judicium, non
rhorreſcis! Qui dixit, *væ mundo, & væ ſcandalis, &
homini, per quem ſcandala eveniunt! prodibunt
geli, & præcipitabunt eos in fornacem ignis.* Tu ſo-
l ſcurrandi libidine tam abominandis mendaciis
artam fœdabis!

Ita poma amoris ſymbolum apud Philoſtratum, in-
uit, *Martialem, &c.* Imo ſint apud omnes.
une Spiritum S. hiſce ſcurris æquabis, idque in
ana, & continua hiſtoria! Vocibus *arcus, teli,
gittæ,* & quibus non vocabulis abutuntur invere-
ndi Poëtæ? Quis tamen adeo fœde malignus,

ut hæc vocabula, vel in ipſis Poëtis, ad res obſcœnas detorqueat, niſi flumen orationis, & contexta verba id palam exigant? Cum Ovidius ait, *l. VI. f. 4.*

Frœna tamen dantem non evitabile telum
Conſequitur: ſummaque tremens cervice ſagitta
Hæſit, & extabat nudum de gutture ferrum.

Eodemque libro plus centies, quis tam impuri animi erit, qui hæc ad laſciviam detorqueat? Quanquam mentitur manifeſte per Poëtas. Martialis enim cum ait;

Cætera laſcivis donavit poma puellis,

vocabulo *pomorum* propria, & vulgari ſignificatione utitur: colebatur enim *Priapus* hortorum & pomorum cuſtos;

Hic me cuſtodem fœcundi villicus horti
Mandati curam juſſit habere loci.

Neque *Ovidius* cum de Galatea cantat; *mobilior pomis, matura dulcior uva*, ea verba contra nativam ſignificationem ad opinionem nebulonis deflectit. Certe non magis, quam quod eodem decantat carmine;

His immobilior ſcopulis, violentior amne,
Laudato pavone ſuperbior, acrior igni.
Non tantum cervo claris latratibus acto,
Verum etiam ventis, volucrique fugacior aura.

Lenonia etiam audacia eſt, cum idem Poëta de Myrrhæ partu canit;

Arbor agit rimas, & ſciſſo cortice vivum
Reddit onus, vagitque puer, &c.

Id in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

nquam, invito auctore, in obſcœnum ſenſum ogre. Per *arborem* enim ipſam Myrrham, non liud viri intelligit; quam, more ſuo, in arborem mutatam fingebat;

anguis it in ſuccos, in magnos brachia ramos,
n parvos digiti: duratur cortice pellis.

urus certe ei animus eſt, qui hic fœdum quid ratur. Verum *mala mens, malus animus.* Unuoque fluit, quod ejuſdem Poëtæ innocuam lam, de *Proſerpina*, malitioſe adulteretur. rraverat Poëta, matrem omni opera allaboraſſe, liam ad ſuperos reduceret; quod & ei conceſ, ſed legem apud inferos eſſe; nulli inde redi patere, ſi quid ciborum deguſtaverat;

ege tamen certa, ſi nullos contigit illic
re cibos: nam ſic Parcarum fœdere cautum eſt.

m in factum inquiritur, *Aſcalaphus* teſtatur ſe iſſe,

quod jejunia virgo
olverat, & cultis dum ſimplex errat in hortis,
Puniceum curva decerpſerat arbore pomum.

noſter; *intelligit Proſerpinam à Plutone ſubactam, pomum puniceum fellaret, vel degluberet*, ait. ndaciſſime leno! Hoccine viderat Aſcalaphus? e lex apud inferos lata credebatur, nulli inde reum permitti, qui concubuerat? Nonne diſerte it, ſi nullos contigit ore cibos? Et IV. Faſtoum, *ſiquidem jejuna remanſit.* Et hic quod *virgo* nia ſolverat. Atque ibi Mercurius, ad inquidum miſſus;

Rapta

Rapta tribus, dixit, ſolvit jejunia granis,
Punicaque lento cortice poma tegunt.

Certe niſi hic homo peſſimus foret ipſe, mali hic ni-
hil ſuſpicaretur.

Non minus ſplendide mentitur per *Heſiodum*, quem fingere dicit, *mortalium primo Epimetheo da- tam uxorem pandoram... cujus pudicitiam ille delibave- rit pag. 39.* Nam non tantum tale facinus ne mi- nimo quidem verbulo innuit *Heſiodus*, ſed & pala testatur, quod *antequam illa Pandora mitteretur, ho- mines in terra viverent, omni malo, & labore immu- nes*, E. vs 91. De ea autem fingit, quod inger vas omnibus miſeriis repletum aſportarat, cujus o- perculo manu remoto, omnes illæ curæ & miſe- riæ totum terrarum orbem peragrarunt, homineſque infecerunt. Quid hic iis ſimile, quæ mendacio- rum faber conſarcinavit?

Cum vero in laſcivis Poëtis nihil deprehenderit, quo commentum ſuum fucaret, num felicior in ſa- cris erit? Initium quidem ſumit à *Dudaim*, quo Lea Racheli donavit. Quid fuerit inquirit, *poma amoris* vocari ait. *Num autem in ſinum poſuerit, a frictricis inſtar, eo ingenioſas illas partes adorta fuerit dijudicandum relinquit* foricarius. Ut vero Dioſcori- des *mandragoram* deſcribit, nihil prohibet eam in- telligere, *folia enim recentia oculorum inflammationi- bus* (quibus Lea vexabatur) *iiſque quæ ulceribus ſuper- veniunt, recte imponuntur*, inquit, *l. IV. c. 76* Notæ noſtræ ad *Cant. VII. 13.* dudaim mandrago- ram eſſe non poſſe conjiciunt; quoniam gravis &

foetid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

fœtidi odoris eſt, & ſoporem excitat. Sed duo ejus genera narrat *Dioſcorides, niger, qui fœmina dicitur, qui graveolens; & candidus, qui mas, cujus poma jucunde, cum gravitate quadam olent.* Certe gratiſſimi odoris fuiſſe ex *Cantic.* VII. 13. colligere licet. *Dudaim ſpargunt odores.* Stultiſſime hic ſciolus; *dudaim e-rant parvulus Peor apud Ægyptios, ut apud Romanos Phalli, & Faſcini.* Peor enim erat ſimulacrum manufactum, Priapus, ut Hieronymus teſtatur. Colebatur in ſummitate montis, qui inde Peor dicitur, ubi ipſius domus, ſeu templum. *Num.* XXIII. 28 *Seldenus de Dis Syris. i. c. 5. Coccejus ad Pſal. CVI. 28.* Atque inde ad alias nationes tranſiiſſe facile conjicere eſt. Sed quid hæc ad monſtroſum hoc delirium? Quicquid fuerint Dudaim, numquid inde concludi poteſt, ergo primum peccatum fuit fornicatio? Vel, ergo peccatum originale in una generandi libidine conſtitui debet? Quæ hic inſania? Quid habet nebulo, quo ſe fulciat?

Divus vates, en, inquit, in iniquitate formatus ſum, & in peccato fovit me mater mea. pag. 58. Hoccine ratione uti, hoc judicio decernere eſt? Fateatur David, *in generatione ſui peccaſſe parentes*, quid id aliud, quam actuale illorum peccatum fuerat? Ideone idem illud in ſingulis animadvertere licet parentibus? Ideone ipſe generandi actus per ſe malus? Ideone puerum utero geſtare abominabile eſt? Aut hoc peccatum originale eſt? Quis non

ejuſmodi ineptias deteſtetur? At vero, non parentum ſtatum, qui jam diu ad beatas ſedes evecti erant; ſed ſuum deplorat vates, ac ſeſe ipſe *in peccatis*, i. e. *peccatorem* natum agnoſcit. *Beth* enim eſt *cum*, ut ſæpiſſime; notatque *conjunctionem cum ſubjecto*, inquit præſtantiſſimus Coccejus in Lexico.

Quod autem homo naſcatur peccator, non ex eo provenit, *quod infantis maſſa in utero eadem coëundi libidine inquinatur*, ut hic ſtultiſſime blaterat. Anima enim, quæ ſpiritus eſt, à corpore infici nequit; eaque, ſi qua eſt, coëundi libido proximorum parentum actuale peccatum eſt. Quorum nullus infans reus cenſeri poteſt. Quod in adulterio, inceſtu, ſtupro, ebrietate, perjurio illuceſſit: quorum omnium nullus infans reus fit, etſi in iis procreatus fuerit. *Ezech.* XVIII. 20. Verum hic homo omnium rerum ignorantiſſimus, ſolorum ſceleratiſſimorum verborum ſcrutator ſagaciſſimus.

Non diffitemur quoque originale peccatum *carnis* vocabulo deſignari, non in quantum eo corpus, aut pars aliqua corporis denotatur, ut hic quidem grunnit: ſed quia homo eo ad quodvis ſpirituale bonum ineptus fit. Uti caro de ſe ad rerum ſpiritualium conſiderationem, atque amorem inepta deprehenditur. Adeoque vocula *caro* non corpus, non partem ejus; ſed ipſius animæ, quatenus forma hominis eſt, depravatum, & mundanum ſtatum indicat. Unde inter opera carnis recenſentur, *idololatria*, *inimicitiæ*, *hæreſis*, *invidiæ*. Quæ proculdubio animæ ſunt, *Gal.* V. 20. *Cum olim in*

carne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

carne eſſemus , inquit Ap. *Rom.* VII. 5. *Eph.* II. 11. non lepidus foret interpres , qui id explicaret ; cum corpora , & partes generationis haberemus ?

Verum novum εὕρημα ; Adam & Eva ſtatim à peccato pudore ſuffuſi ſunt ; *ingenuus vero hic pudor naſcitur ex ſola hac voluptatis turpitudine pag.* 74. Quis ſatis miretur hominem , qui ſummam literarum ſcientiam crepat , ita omnem pudorem exterminare potuiſſe ! Omnis pudor ex conſcientia immundæ libidinis eſt !

Sæpe vel exiguo , vel longo murmure dixi ,
Nil pudet hunc : nec vox hæc mea falſa fuit.

Vel unus Livii locus inverecundo ſcurræ perpetuum ruborem incutiat. Is narrat cum ad *Furculas Caudinas* Conſules cum omni exercitu Romano ignominioſe ſub jugum miſſi , atque ita dimiſſi eſſent : *quum* , inquit , *ante noctem Capuam pervenire poſſent , incerti de fide ſociorum , & , quod pudor præpediebat , circa viam haud procul Capua , omnium egeni , corpora humi proſtraverunt.* Et paulo poſt ; *adeo ſuper mœrorem pudor fugere colloquia , & cœtus hominum cogebat.* Imo Ophilium inducit dictitantem ; *Silentium illud obſtinatum Romanorum , fixoſque in terram oculos , & pudorem intuendæ lucis , ingentem molem irarum ex alto animi cientis , indicia eſſe.* L. IX. c. 6. & 7. Cæſar lib. 1. *Nonnulli pudore adducti , ut timoris ſuſpicionem evitarent , remeabant.* Lucanus l. 1. *Soluſque pudor non vincere bello.* Horatius Sat. V. de paupertatis ſenſu ;

Infans

Infans namque pudor prohibebat plura profari.
Ita Virg. de duello Æneæ & Turni l. XII v. 229.

Non pudet, ô Rutuli, cunctis pro talibus unam
Objectare animam?

Quum igitur primi parentes longe ſublimiori majeſtate orbati eſſent, quam prædicti conſules, quid mirum, ſi ſummus eos occupaverit pudor? Verum *cur ſola genitalia velarunt*, inquit? Certe nec hoc Moſes narrat, nec ſi narraret, alieni facti nos rationem reddere cogeremur. Quanquam haud difficilis conjectura eſſet, ideo id eos feciſſe; quoniam ſe ſentirent innocentia, atque innata puritate deſtitutos, ad generandum impuros liberos inclinari, eamque libidinem rationis quoque imperium ſuperaſſe. Quid hic eſt, quod carpat livor?

Et licet uno conjugis amore lapſus eſſet Adamus, ut hariolatur hic haruſpex, p. 47. nihil tamen id audaciſſimæ ejus calumniæ faveret. *Noluit enim eam contriſtari, quam credebat ſine ſuo ſolatio poſſe contabeſcere . . . . . non quidem carnis victus concupiſcentia, quam nondum ſenſerat, ſed amica quadam benevolentia*, inquit *Auguſt. de Gen. ad Tit. l. XI. c. 42.* Serpentis oratione per Evam cognita, ac videns uxorem uſu fructus vetiti necdum interiiſſe, ei ſimilis eſſe, atque idem quoque experiri conſtituit Adamus. Quæ hic peccati Sodomitici umbra ſpectari poteſt?

Nec pœna quoque, primis peccatoribus inflicta, eos ejuſmodi ſceleris reos evincit, ut ille ſpurciſſima

ratione perſuaſum vellet. Pag. 74. § 15. . . . .
ilis fœminarum partus non magis ſpeciem pec-
xponit, ea nempe parte peccatum eſſe, quam
s & moleſtus virorum labor (*ut in ſudore vultus*
oprio veſcantur pane) arguit, vultu, atque ore
iſſe Adamum. Quæ publicorum morionum
ationes, atque argutiæ magis, quam *reſpon-*
dentum haberi merentur. Quid enim; ſi *Jobus*,
, jumentis, ædificiis, & prole privetur,
uamne in terrarum orbe reperietur, qui eum
n parte Sodomitarum in morem peccaſſe ar-
ue?

ajor equidem, & intoleranda audacia eſt, ar-
entum ex circumciſione petere. Pro ſumma
nitate T. O. M. Deus fœdus cum Abrahamo
it; ut ipſe eſſet *Deus ejus, & ſeminis illius*,
mque fœderis inſtituit præputii reſectionem.
m equidem ſceleratâ proterviâ dicitur, id ideo
rte recipiendum inſtituiſſe Dominum; *ut illa*
quæ peccaverat, & per quod transfunditur origi-
eccatum, eſſet in fœderis ſignum, p. 86. Non
, ô athee, peccatum originale transfunditur,
e migrat de ſubjecto ad aliud, cum ſit priva-
& non ens; ſed homo generatur ea ſanctitate
utus, quam ipſe in Adamo dilapidavit, ſeu,
ajebas, *decoxit*. Verum cur ea parte ſignum
itur? Tantillum negotium explanari tibi de-
nugator? Neque animadvertis D. Deum id
ide expoſuiſſe, dicendo, quod non ejus tan-
ſed *& ſeminis ejus Deus futurus eſſet.* Ideoque

ea parte, qua homo procreatur ſignum exſtare
luit.

Tandem, ne quid proterviæ deſiderari poſ
fingit *puerperas in peccatum ſalacitatis ſuæ offerre de
iſſe pullos columbarum, aut turturum; columbæ au
veneri ſacræ erant*, p. 90. 91. Quod tamen quid
ejus argumentum? Num eo demonſtrabit, p
catum originale eſſe coëundi libidinem? Cur n
contrarium potius concludat aliquis; non eſſe: q
nulla unquam hoſtia pro peccato originali in ſpe
oblata, vel inſtituta legitur. Ita ſuo ſe jugulat g
dio. Quanquam ſomnium illud jam olim diſcu
magnus *Junius*. Quod ſi enim ideo obſervari
buiſſet hæc cerimonia 1. tum maritus non mi
atque uxor purificari debuiſſet. 2. Tum & ſte
les offerre debuiſſent. 3. Et puerperæ ſaltem
ipſa conceptione, ante partum. 4. Tum be
virgo cerimoniam hanc jure neglexiſſet. *Vide
Lev. XII. & XIV.*

Columbas autem ob fœcunditatem Veneri à Ge
tibus conſecratas vel pueri ſciunt.

tum maximus heros
Maternas agnoſcit aves.

*Diebus enim quadragenis concipiunt, pariunt, in
bant, educant, & hoc fere totum annum faciunt,*
quit *Beroald. ad l. VI. Apulei.* Verum quæ hæc i
proba perverſitas eſt? Cum ab omni ævo colu
bæ præ ceteris animalibus caſtitatis laude celebr
tur, hic eas *ut avidæ libidinis ſymbola* oblatas,
ſpicari audere? *Pudicitia illis prima, & neutri n*

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

teria, conjugii fidem non violant, inquit *Plinius* c. 34. *Ariſt. Hiſt. Animal. l. IX. c. 7.* Imo ipſe nus *Bochartus*, quem graculus hic perfide pro ducit, ſingulari capite *de ſimplicitate, & ca-te* columbarum agit. *Hieroz. Parte II. c. 4.* Id- tum antiquorum Patrum, tum poſteriorum ptorum unanimi docet conſenſu.

xemplo junctæ ſic ſint amore columbæ,
Maſculus, & totum fœmina conjugium.

ergo animus aliud quid ſuſpicari non patitur, m depauperatis puerperis idcirco columbarum, urumve præſcriptam eſſe hoſtiam, ut in caſto; que conjugio monerentur uno marito contentæ re. Et ſcelerata quidem illi mens ſit oportet, ſola voluptate motus aliud comminiſcitur. Præ-m cum & ſanata lepra ſimili hoſtia Deo gratifi- debuerint. Quam ille per ſummum flagitium *veneream* interpretatur. Immemor eandem etibus inhæſiſſe plagam, qui neque hujus, ne- alicujus ſceleris rei cogitari poſſunt. Eaque ga gratioſe ablata ſimilis oblata fuit hoſtia. *it.* XIV. De quo morbo Patres, & Medici multa, luem veneream fuiſſe non niſi mendaciorum fa- aſſeruit. Verum

ille fruatur
Vocibus obſcœnis, omnique libidinis arte.

a etiam fingit D. Paulum de hac nequitia queri, n ait, *datum ſibi ſtimulum carni infixum 2 Cor. I. 7.* Qui tamen diſerte monet fuiſſe *contumeli- perſecutiones, anxietates*, quibus à Satana quo-

tidie premebatur v. 10. de quibus etiam, qui Deo ita viſum cognoviſſet, gloriabatur C. XI. 30.

Lepidum reſtat commentum; *opinioni noſtræ antè duum Hornæ ſuffragantem fere comperi Cor. Agrippa* inquit. Ut ſcil. hujus lepidi inventi gloriam ſol adipiſcatur. Cum tamen luce meridiana clarius eum ex uno *Cor. Agrippa* pudendum hoc comme tum mutuatum eſſe. Homine atheo, mago, blaſphemo Scripturarum contemptore. Qui *V. N. T. Scriptores ad unum omnes alicubi à veritate de ciſſe, & ſecundum quid mendaces fuiſſe*, ſcribere n abhorruit. *de van. Scient.* c. 99.

Quemadmodum ex eodem *Agrippa* blaſphema ſuam libidinem in Scripturam S. evomere pergit fu cifer. Quæ omnia ad minimum punctum uſque optimo *Buxtorfio* adverſus *Capelli* ineptias confuta jacent. Adeo ut neceſſe non ſit iis proterendis i hærere. Præſertim cum pleraque meris conſte mendaciis. *Eſdræ ætate linguam Hebræam in Sy acam, & Chaldaicam fere mutatam* cornicat Quæ ne hodie quidem in eas mutata deprehend tur. Quod non magis patet ex eo quod Chaldai inſerta ſint, quam quod in Græcam tranſieri quia N. T. Græce ſcriptum. *Eſdram literas comm taſſe* diceret, ſi quid earum rerum intelligeret. militer, *an puncta vocalia excogitaverit*, quod lide refutavit *Joſeph Cooper Anglus*. Quod auten *neglecto dierum temporumque ordine, lacunas ſuppler rit, multaque ſuſque deque reſtauraverit*, execran blaſph

[bla]phemia eſt. Nam ab eo tempore quo ſcripta [f]u[i], *uſque dum præterierit cœlum, & terra, nul[lu]ſ jota, nulluſque apex legis excidet, Matth. V. 18.* [E]cum Deus in N. T. diſerte teſtetur totam [S]cripturam V. T. *ſanctam à ſe inſpiratam, ipſam veri[tate]m eſſe*, quæ hæc viperarum progenies eſt, quæ [p]erpetuo Scr. S. admordere, & transfigere non [ce]ſſat? Et plus centies confutata quotidie impu[den]ter reponit? *Durum vobis erit adverſus ſtimu[los] calces.* Omnia quæ atheus hic congeſſit, in [scri]ptis Anglicis, quarum ipſe mentionem facit, [di]ſcuſſa proſtant.

[G]en. *XIII. 3. mentio ſit Bethel, qui locus poſtea [de]mum à Jacobo id nomen accepit, &c.* Quia ſcil. [Mo]ſes loca, & urbes iis appellat nominibus, quæ [e]o tempore gerebant, neque addidit; *quæ hodie [ap]pellatur.* Pervenit ad locum, quæ hodie appel[la]tur *Bethel.*

Gen. XXXVI. 31. recenſetur ſeries Ducum, & [Re]gum Edomæorum, poſt ipſius tempora futurorum. [Q]uod merum figmentum. Non deſcendit Moſes [v]. 30. infra tertium gradum, ſeu nepotes Eſavi. [Na]rrat vero v. 31. qui Reges in Edom regnaverint, [qu]orum octo numerat, non qui in locum patrum [su]ccesſiſſent, ſed qui vel vi, vel electione regna[ru]nt, quod uno ſeculo potuit contingere; inter E[ſa]vi conjugia autem, & hanc Moſis Scripturam [in]tercedunt 300 anni, quot anni inter *Rehabeam* [&] *Manaſſe* necdum elapſi erant, quo tempore ta[me]n 12 Reges imperaverant. Inter *Auguſtum* &

Trajanum, 10 Imperatores, necdum 200 anni præterierant. Quid hic ergo abſurdi? Addit Moſes omni illo tempore, *in gente Iſraëlitica nullum regnaſſe Regem*. Quid hic carpat livor?

Mortem Moſis, & librum Joſuæ quis deſcripſerit, ſcire nihil refert. Vivebat eo tempore *Eleazar*, Sacerdos primus, ad quem abſque ſcrupulo referri poteſt. *Joſuæ XXIV. ult.* Sed *Eſdram finem Pentateuchi ex ſcribarum actis compilaſſe*, mendacium atheo dignum eſt.

Connexio libri ult. Paralip. cum initio Eſdræ ſapit ſtylum ejus ſeculi .... ſcabroſæ ætatis. Nimirum, quia eadem repetuntur verba. Tune tenebrio Deo legem feres, & quid decorum ſit docebis? Tune eum ad amuſſim humanæ eloquentiæ coges?

Scriptores crebro verbis, non à Deo inſpiratis, uſos, multos è canone libros periiße, &c. mucidæ Socinianorum calumniæ ſunt, ad nauſeam uſque repetitæ, & refutatæ. Nec quicquam præter horrendas blaſphemias continet, blaterare; *linguæ mutatæ, libri corrupti, Prophetæ conturbati, ſtylus æſtuoſe convulſus, codices omnes Scribarum erroribus ſquallent, & variant nullis caſtigationibus ſanabiles*, ut hic ſcurra, Juliani inſtar, furit. *Pag.* 122. 123. Caveat ne ſimilem ei exitum ſortiatur. *Deus enim illudi ſibi non patitur.* Verum quid eſt, quod ita proſcindi meretur?

Eſdræ II. cum Nehem. VII. invenies decem contrarios in iis calculos in mendo cubare, p. 124. Imo te hæc tantum ſtolide deſcripſiſſe, & ne loca quidem con-

…liſſe palam facis, cum 20 diſcrepantiæ repe-
…ur. Sed quanta difficultas! Quaſi omnes qui
…na dederant in Babel Hieroſolymam pervene-
…, & non multi ſententiam primo mutarint,
…um in itinere non obierint, aut omnes eodem
…ore redierint! Et uterque ſuos ex ſuo catalo-
…cenſere non queat! Vide notas Anglicas
…*Chron. III. 6. numerantur bis Nogah, & Eli-*
…a. Quaſi prioribus mortuis ſequentibus filiis
… nomen dari non ſoleat.
…*Chron. I. 17. Uz, &c. numerantur ut filii Sem,*
…eſſent Azami. Quaſi nepotes avorum filii ap-
…ri non queant.
…*Reg. IV. 26. Salomonis præſepia numerantur*
…o, at 2 Chron. IX. 25. tantum 4000. Quaſi in
…ulis ſtabulis non decem equilia, ſive equorum
…, eſſe potuerint.
…*Chron. I. 36. Timnah dicitur filius Eliphaz, cum*
…it pellex. Gen. XXXVI. 12. Quaſi Timnah
…ndus caſus eſſe non poſſit; & *Timna filius* fuit
…alek. Et hæc ſcil. ſunt illa rationum agmina, quæ
…orum fulgore ſervos Domini terreant, atque in
…eorum, & calumniatorum caſtra cogant! Si
…ima numinis reverentia ejuſmodi hominum ani-
…; inſideret, larvarum hæc terricula intrepide ſper-
…ent, verbumque Dei ſacrum tam ignominioſe
…ſtituere horrerent.

Tandem verſionem Belgicam ſpiculis felle obli-
…transfigit. Reliqua enim non niſi obſeſſi homi-
… fervida maledicta, ſpumanti ore eructata, con-

 tinent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

tinent. *Eam proceribus obtruſerunt*, inquit, cuj
omnis in mendaciis vis eſt. Vitia autem ita ena
rat, ut crediderim hominem ne jota quidem H
brææ linguæ callere.

Gen. 1. 30. **maer allen gedierte .... heb ic**
al 't groen krupt tot ſpijſe gegeven. *Sic legen*
dum, **en alle gedierte met al 't groen krupt he**
ick u-lieden gegeven tot ſpijſe. Si tacuiſſes
forſan ſapere viſus fuiſſes. Nam 1. *lamed* i
lachem, *vobis*, manifeſte tertii caſus eſt, *vob*
omnem herbam dedi. Quare etiam in *lecol chajat*
ejuſdem caſus eſt; *beſtiis autem gramina dedi.* 2. A
voculam *jerek* non eſt *lamed*, ſed *eth*, nota quar
caſus, quo palam diſtinguitur à *beſtiis*. Non enin
legitur & beſtias, & herbam, ſed *beſtiis hanc her*
bam. 3. Falſum quoque manifeſte eſt, Deum ho
mini omne *jerek*, omne gramen, & omne *romeeſch*
omne reptile in cibum conſtituiſſe, limaces, ſtel
liones, araneas, formicas, ſerpentes, &c.

Gen. II. 3. *Lagnoſooth* verti vult, **door het t**
volmaken. Quod non tantum naturæ verbi, ſe
& perpetuo Scripturæ ſtylo adverſatur. Plus ſex
centies eſt *ad faciendum*, nunquam *in perficiendo*
Tunc utitur, *bagnaſooth. Lev. IV. 27. Job. XXIII*
9. Jeſ. LXIV. 3.

V. 5. *Non fuerat homo*, legi vult, *non erat ho-*
mo. Neque animadvertit, *non erat*, hic copula-
tum cum *antequam*, habere ſignificationem præte-
riti, atque efficacius dici non fuerat. *Deus pluere*
non fecerat, *& homo*, *qui terram coleret*, *non*
fue-

rrat , antequam Deus herbas produceret.
V. 6. Legi jubet, *& vapor non aſcenderat.* Cum
men *non* ibi nequaquam inveniatur; ſed diſerte
; affirmative ſcriptum ſit, *ſed aſcenderat, & ter-
m irrigaverat.* Ita V. 7. ſive legatur, & *faciebat,*
e, *& fecerat hominem*, quid refert? Cum in
lebræo ſit præteritum.
Cap. III. 6. Neſcit quid garriat; **Een boom die
eerlijck was om verſtandig te maken.** *Me-
s Pagninus*, inquit, *ad intelligendum.* Credo
, quæ hactenus ignorabant. Quid hoc à verſione
elgica differt? Nonne hoc eſt, ad erudiendum?
erum *lehaſkiel*, deſiderabilis *ad contemplandum*,
quit. Quid nugator? Oculis corporis? Id
m ante dictum erat; quod eſſet *aſpectu deſiderabi-
.* An oculis mentis? Nonne hoc idem illud eſt,
uod improbaſti; ad intelligendum, quam virtu-
m haberet illa arbor? Id eſt; placebat arbor,
l experiendum quid poſſet.
Cap. IV. 7. Nonne ſi benefacis, *elevatio eſt*; ver-
jubet *remiſſio eſt.* At remiſſio nonne ſtatus eleva-
o eſt? Quanquam vox *naſa* non ſoleat ſignificare
emiſſionem, niſi adjectum habeat *chatta*, pec-
atum; *peccatum tollere.*
Ibidem inquit, **gy ſult over hem heerſchen.**
ege; **hy heerſcht.** Furiſne homo? Non tan-
um dicitur, *timſchol bo*, tu imperabis ei; ſed &
dditur, *veattha*, & *tute ipſe.* Tune vel minimam
nguæ Hebrææ literam noſti?
Num. XIX. 15. **Ook alle open gereetſchap /**

 daer

daer op geen deckſel gebonden is. *Corrige.* Ook alle vat daer geen overſtelpend dekſel op is. Pudorem homo, ſi domi non habeas, ſumas mutuo. *Keli patouach* nonne vas, ſeu inſtrumentum apertum eſt? Ut perpetuo, *keli maveth*, inſtrumenta mortis, ſeu arma. Et *tſamiid patiil*, nonne operculum quaſi filo alligatum eſt? Si alium non noſſes, *Coccejum* ſaltem conſuleres.

Deut. XXXII. 5. *totum turbatum eſt.* Lege; is hy hem bederven? Neen. Sijner kinderen is de faute. Pro; hy heeft het tegens hem bedorven/ etc. O Sycophanta! Tu ne comma quidem Hebrææ linguæ noſti. Poſt interrogationem enim non ſcribitur *tebbir*, ſed *athnach*. Ut hoc eodem capite v. 6. 34. 37. Et ſi duæ connectantur, vel reſponſum adjiciatur, tum prior habet *Sanephkaton*, (:) poſterior *athnach*, vel *ſilluk*. Ut videre eſt *Ier.* II. *14. 31, 32.* *Mich. VI. 6. 7.* Ne jam dicam, nullum hic reperiri *He* interrogativum, ut fieri perpetuo ſolet; ſi alias non foret plana interrogatio.

Sed quid ego iis immoror? Summa cavillatoris impudentia eſt, cum ipſe nullum jota linguæ calleat, tot eruditiſſimorum virorum fidiſſimas verſiones arrodere. Idque unius *Pagnini* fiſus autoritate. Ἅπαξ, aut δὶς λεγόμενα aliter verti vult; non quia ipſe locus aliam verſionem poſtulat, ſed ut novus Criticus ſupra alios ſapere videatur. Ita *Cant.* IV. 1. & VI. 5. *galaſch* transferri vult, *ſplendere, fulgere.* Cum tamen *Syrus*, *Vatablus*, *Bouchartus* vertant *aſcen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

ſudere. *Ezech.* XVII. 5. *Tſaptſapha* verti jubet,
tem. Quomodo an præter *Ariam Montanum*
qu vertat, neſcio. *Iob* XIX. 27. *Calou cilio-*
th, verti jubet, **mijne nieren vergaen.** Quod
ten in Belgica lingua maxime ambiguum eſt, &
motu locali, & de interitu dicitur. Neque a-
in ſenſum exhibet, quam *anima mea tabeſcit deſi-*
do. *Pſ.* CXIX. 81.

ntoleranda profecto impudentia eſt, cum homo
linguam non calleat, atque in Notis noſtris le-
it, alios aliis verbis in transferendo uſos fuiſſe,
m, nulla ratione producta, verſionem noſtram
um exſibilare, & cavillis transfodere, quam ab
s aberrare fontibus, ille ne minimo quidem in
o docere poſſet. Quodſi interpretes noſtri igno-
ent verba ea à quibusdam aliter verti, aliqua
an nebuloni nata foret cavillandi occaſio. Ve-
n quum ipſi narrent, has, atque illas inveniri
ſiones, ſeſe vero hanc ut maxime commodam,
congruam elegiſſe, quid eſt, quod ſannis, &
umniis proſcindi mereantur? Fateor equidem
unum ego in noſtra Rep. deſiderari ſæpe exiſti-
vi; ut ſcil. viri aliquot, in utraque lingua pro-
verſati, publica auctoritate eligerentur, qui A-
emiis verſionem Latinam adornarent, quomo-
d Belgicam relinquerunt Eccleſiis, notaſque in
arata deſcriberent volumina. Quod opus pro-
cto tam religioſo Statu, & tanto Principe di-
um foret. Neque ejuſmodi Momorum ſannas;
dentes quiſquam metueret.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Sed jam ego modum epiſtolæ exceſſi. Satis tamen me demonſtraſſe exiſtimo, quanto jure Vir Cl. hominem atheum cenſueris, omnis religionis, omnis honeſtatis, omniſque modeſtiæ, & gravitatis libidinoſum hoſtem, Chriſtianiſmi ſcandalum, Reip. peſtem. Quem æternis tenebris, & obſcuro carcere condi præſtaret, quam ut ei libidinoſis libellis juventutem corrumpere permittatur. De quo Ap. ſcripſit; *Vos fratres orate Deum, ut à protervis & ſceleratis hominibus liberemur*, 2 *Theſſ.* III. 2. Vale Vir Cl. & ut magni Calvini verbis concludam; *Dominus tibi adſit, te gubernet, tueatur, donis omnibus locupletet, inſtruat ad omnes pugnas, contra inſidias prudentia, terrores fortitudine muniat. Amen.* Heuſdæ 20. die Novemb. M. DC. LXXIX.

POETI-

POETICA DESCRIPTIO

CREATIONIS,

&

LAPSUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Benevole Lector.

CUm olim puerorum examini intereſſem, evenit ut forte pueri ad *Comenii Ianuam Linguarum* examinarentur. Concione dimiſſa, cœpi optimum Rectorem *Schuckingium* monere, quantam ille homo ineptorum verborum collegerit copiam, quæ nemo Latinorum unquam fando audierit. Ille ſe idem animadvertiſſe reſpondebat, ac plurima veru notaſſe. Iſte quidem liber inquiebam omni ſpiritu, & venuſtate caret, dabo aliam methodum Latinam linguam contrahendi. Quam inquit? Verſibus Poëtarum inquam, tibi eam exprimam. Tu quidem promittis inquit, quod nemo mortalium præſtare unquam poterit. Quid inquam tentaſſe nocet? Continuo verſiculos quosdam in chartam conjeci, ille virgula ad Dictionarium notabat ſingula quæ habueram verba. Quoties vero idem repetitum erat vocabulum, ille in charta mea idem ſubſcripta virgula notabat. Sine mora autem ſenſimus, in verſibus caveri non poſſe, ut non idem quandoque vocabulum repetatur. Quod tamen, ut quam fieri poſſet maxime præſtaremus, ſæpe plurima, quæ progreſſum hiſtoriæ facete exprimebant, rejicere coacti fuimus. Atque ita quidem tunc creationem, lapſum, diluvium, pugnam Davidis, regnum Salomonis, nativitatem Chriſti, lanienam Bethlehemiticam, aliaque expreſſimus. Cum me Daventriam diſcedente ille ad beatas ſedes eveheretur, opus imperfectum relictum eſt; neque jam ad talia redire animus patitur. Quod

ta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

tamen ſi quis perficere deſideret, ei hanc monſtra-
mus viam, ne omnia prima, & derivata verſibu
comprehendere allaboret; quod fieri nequit: verum
ubi ſimplex aliquod vocabulum in verſibus habue-
rit, in margine, aut notis, derivata annotabit; ut in
fero, eſt *affero*, *confero*, *defero*, *infero*, *perfero*, *refero*.
Compoſitum vero ubi deprehenderit, ſimili modo i
notis ſcribet V. G. *compoſitum* eſt à *pono*, atque inde
eſt *appono*, *depono*, *diſpono*, *&c.* Cui uſui *Perottu*
ad manum eſt. Ita fiet ut vix ullum vocabulum præ-
termittere cogetur. Quæ vero neque verſibus, ne-
que notis comprehenſa reperiet, ea nullo negotio in
Grammaticam, ejusque partes inſeri poſſent. Atque
ita libro non nimus magno, tota Latina lingua
nativa cum venuſtate, atque ingenti omnium pro-
fectu exhiberi poſſet. Specimen aliquod hiſce an-
nectere viſum fuit. Ut oſtendamus vixiſſe fortes an-
te Agamemnona, ac plures ſupereſſe, qui Poëtas
legerint, quam noſter indignus homo qui nomine-
tur. Si cui cætera quæ collegimus uſui eſſe poſſint
valeat, vivat cum illis.

*NOTA Æ. eſt Æneidos, alter numerus libri
eſt, tertius verſiculi. E. eſt Ecloges. G. Georg. O. eſt
Ovid. Metam. E. eſt ex Epiſtolis ejus. Lucretii, Lu-
cani, Claudiani, Statii ſimili modo addita ſunt.*

CAP. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

CAP. I.

De

REATIONE.

PRincipio cœlum, terras, campoſ- Æ.VI.724
que liquentes,
Iuppiter omnipotens, rerum cui V.687. x.
ſumma poteſtas, 18.
Condidit, & magni ſpeciem glome- O.1.35.
ravit in orbis.
uem dixere chaos, rudis indigeſtaque moles. 1.7.
am neque erant aſtrorum ignes, nec lucidus Æ.III.585
æthrâ
dereâ polus; at Ponto nox incubat atra. I.93.
um primum lux alma data eſt, quæ diſcutit 310. G.3.
umbras 357.
oſtera jamque dies primo ſurgebat Eoo. Æ.3. 58
um liquidum ſpiſſo ſecrevit ab aëre cœlum, O.1.23.
iſſociatque locis. Quicquid leve fertur in Claud.
altum,
medium graviora cadunt: incanduit æther,
t circumfuſo pendebat in aëre tellus, O.1.12.
onderibus librata ſuis, nulloque premente. 15.242.
ertia lux gelidam cœlo dimoverat um- Æ.XI.210
bram

Noctis. *Tunc omnis mundi quaſi limus*
Lucr.V. *unum*
493. *Confluxit gravis, & ſubſedit funditus ut fa*
E. VI, 35. *Tum durare ſolum, & diſcludere Nerea Po*
Cœperat, & rerum paulatim ducere form
Pubeſcant virgulta jubet. Tum flam
Cl. *largo*
Rura fovens, glebas fœcundo rore maritat.
Sanguineo ſplendore roſas, vaccinia nigra
Induit, & dulci violas ferrugine pingit.
L. I. 250. *Et nitidæ ſurgunt fruges, ramique vireſc*
Arboribus: creſcunt ipſæ fœtuque grav
tur.
E. 7. 53. *Stant & juniperi, & caſtaneæ hirſutæ,*
Æ. III. 680 *Aëreæ quercus, & coniferæ cypariſſi.*
O. 10. 92. *Et tiliæ molles, & fagus, & innuba laur*
Et coryli fragiles, & fraxinus utilis haſtis,
Enodiſque abies, curvataque glandibus i
Et platanus genialis, acerque coloribus
par,
Annicolæque ſimul ſalices, & aquatica
tos,
Perpetuoque virens buxus, tenueſque
ricæ,
Et bicolor myrtus, & baccis cærula ficus.
Claud. *Hic ederæ ſerpunt, hic pampinus induit*
mos.
O. 4. 90. & *Ardua morus eras, hirſutaque vertice pin*
10. 103. *Ornique, & piceæ, brumæque illæſa*
10. 102. *preſſus,*
Stat. 6. Th.

Nu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

ullus adhuc mundo præbebat lumina Titan, O. 1. 10.
ec nova creſcendo reparabat cornua phœbe.
unc ſolem, & ſtellas, & decedentia certis Hor. E. 6.
mpora momentis, & ſæcula dividit aſtris. 3.
dera quæ quarta radiantia nocte mica- Et Claud.
bant. O. 7. 326.
uinta dies ſummos ſpargebat lumine
montes.
pparet liquido ſublimis in aëre niſus. G. 1. 243.
ëreæque grues, & ovantes gutture corvi
ilvius atque altam ſupra volat ardea nu- 375. 405.
bem. 364.
via tum reſonant avibus virgulta canoris. G. 2. 328.
ſa ſibi plaudit crepitante ciconia roſtro. O. 4.
ucus & argutos interſtrepit anſer olores G. 9. 36.
equicquam ſeros exercet noctua cantus, 1. 404.
ec gemere aëria ceſſavit turtur ab ulmo. E. 1. 59.
m variæ pelagi facies, immania cete Æ. 5. 822.
Equora verrebant caudis, æſtumque ſeca- 8. 674.
bant.
ſt ubi ſexta ſuos aurora induxerat or- G. 4. 552.
tus,
m primum lucem pecudes hauſere co- 2. 340.
ruſcam.
nctius hic animal, mentiſque capacius
altæ,
eërat adhuc, & quod dominari in cætera
poſſet.
ndem natus homo eſt, clara qui in luce O. 1. 78.
refulſit, Æ. 1. 572.

E 2 *Os,*

Os, humeroſque Deo ſimilis: namque iſ
decoram
Cæſariem nato genitor lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honor
Queis ſuperimpoſita eſt Domini fulgentis
O. 2, 17. mago.
Æ. 5.649. Qui vultus, vociſque ſonus, vel greſ
eunti!
E. 5. 16. Lenta ſalix quantum pallenti cedit olivæ,
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis,
Iudicio noſtro tantum tibi cætera cedunt.
E. 3. 56. Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arb
O. A. 279. Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.
O. 9. 734. Vrit oves aries, hircum laſciva capella.
E. 10. 69. Omnia vincit amor. Sed Adam ſine con
O. 10. 8. ge cælebs
Vivebat, thalamique ſua conſorte carebat.
Æ. 6. 95. Tum Deus Adamo placidam per mem
quietem
Irrigat, atque illi coſtas & viſcera nudat,
215. Et jubet exempta laterum compagibus una
126. Sumere mox hominis coſtæque amittere
O. 15. 556. mam.
10. 283. Humanum molleſcit ebur, poſitoque rigore
Corpus erat, ſaliunt tentatæ pollice venæ.
6. 727. Spiritus intus alit, totamque infuſa per ar
Mens agitat molem, & magno ſe corp
miſcet.
E. 6. Æ. 11. Addit ei hanc ſociam: coëant in fœdera de
tra

Dix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Dixit, & hæc faciat pulchra te prole parentem.
Connubio & junxit ſtabili propriamque dicavit.
O digno conjuncta viro, tantique per orbem Claud.
Conſors imperii, toto dotabere mundo!
Candidior folio nivei fuit Eva liguſtri, O.13.790.
Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior vitro, thymo quoque dulcior Hyblæ. E.7.37.
Solibus hybernis, æſtiva gratior umbra,
Lucidior glacie, matura dulcior uva,
Fortunati ambo, ſi mens non læva fuiſſet. Æ.9.E.1.
Hortus in orbe fuit medio gratiſſimus umbra. Æ.1.
Hic ver aſſiduum atque alienis menſibus æſtas. G.2.
Quam neque concutiunt venti, neque nubila nimbis L.3.19.
Aſpergunt, neque nix acri concreta pruina
Cana cadens violat. Non illic canna paluſtris, O.4.298.
Nec ſteriles ulvæ, nec acuta cuſpide junci.
Hic olus, hic late fundentes brachia betæ V.Mor.
Fœcunduſque rumex, malvæque, inulæque virebant.
Hic cicer, & capiti nomen debentia cæpe.
Grataque nobilium requies lactuca ciborum.
Et gravis in latum dimiſſa cucurbita ventrem.
Germinat & nunquam fallentis termes olivæ. H.E.16.
Atque ſupercilio clivoſi tramitis undam G.1.109.

Elicit, & ſcatebris arentia temperat arv
Hæc eadem argenti rivos, æriſque meta
Oſtendit venis, atque auro plurima flux
Hinc diverſa ruens quatuor diſcurrit in
Cl. *In medio glebis redolentibus area dives*
Præbet odoratas meſſes. Hic mitis amo
Hic caſiæ matura ſeges, pancheaque turg
Cinnama, nec ſicco frondeſcunt vimina co
Tardaque ſudanti prorumpunt balſama ſu
Æ. 3. 219. & 2. 147. *Huc ubi delati, dictis ita fatur amicis;*
3. 493. *Vivite felices, & terque quaterque beati*
E. 4. 18. *Jam tibi prima pater nullo munuſcula cul*
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus
Miſtaque ridenti colocaſia fundet acantho.
E. 1. 54. *Hic tibi, quæ ſemper vicino ab limite,*
pes
Hybleis apibus florem depaſta ſalicti,
Sæpe levi ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.
E. 4. *Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ*
Ubera, nec magnos metuent armenta leo
H. E. 16. *Nec veſpertinus circumgemet urſus ovile.*
Æ. 3. 205. *Accipite ergo animis, atque hæc mea fi*
dicta.
Eſt etenim luco prædives arbor opaco
Cl. *Fulgentes viridi ramos curvata metallo.*
Æ. 2. 607. *Hæc tibi ſacra datur. Tu ne parere recuſ*
6. 141. *Auricomos ſi quis decerpſerit arbore fœtus,*
11. 420. *Procumbet moriens, & culpam morte pia*
& 2. 139. *Pallenteſque animas ſub triſtia tartara m*
4. 243. *tam.*

P-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

arcite vos inquam dapibus temerare nefan- O.15.75.
dis.
unt herbæ dulces, nec vobis lacteus humor
ripitur, nec mella thymi redolentia flore.
prohibere velis, terriſque avertere pe- 3.621.
ſtem;
iſcite juſtitiam moniti, & non temnere 6.620.
divos.

CAP. II.

De

LAPSU.

ACcipe nunc Satanæ inſidias, & Æ.2.65.
crimine ab uno
Diſce omnes.
Plutonis ſocii magnum reſcin- 6.581.
dere cœlum
ggreſſi, ſuperiſque Iovem detrudere regnis,
ulmine dejecti fundo volvuntur in imo.
mmanis, violentus, atrox; hunc gloria Lucan. 8.
mundi Æ.XI.336
bliqua invidia ſtimuliſque agitabat amaris

Claud. Concilium deforme vocat, glomerantur in unum
Innumeræ peſtes Erebi. Tum corde ſ[illegible] imo
Incluſam rabidis patefecit vocibus iram.
Siccine tranquillo produci ſecula curſu?
Sic fortunatas patiemur vivere gentes?
Et nos indecores longo torpebimus ævo,
Omnibus ejecti regnis! Agnoſcite tand[illegible]
Quid furias deceat, conſuetas ſumite vir[illegible]
Conventuque nefas tanto decernite dignum.
Æ. 8. 717 Orantem ſequitur clamor, plauſuque fren[illegible] bant;
1. 661. Induat ut faciem mutatus, & ora colubr[illegible]
4. 563. Utque dolos, dirumque nefas in pectore verſ[illegible]
Claud. Frontem criſta tegit, pingunt maculoſa vir[illegible] tes
Terga notæ; rutilum ſquammis intermicat [illegible] rum.
Stat. T. 5. Livida fax oculis, radix micat ultima ling[illegible]
O. 6. 558. Amplexus placide lignum, lapſuſque per a[illegible]
Æ. 5. 86. Ardenteis oculos intorſit lumine glauco.
G. 4. 452. 3. 664. & 2. Dentibus infrendens, ſic ficto pectore fatur;
E. 1. 38. Cui pendere ſua patieris in arbore poma?
G. 2. 60. Num dulceis avibus prædam feret uva ramos?
Hor. 1. E. 7. Id libet? Hæc porcis hodie comedenda [illegible] linques.
Æ. 8. 154. Hæc ea pauca refert, ſunt nobis mitia pom[illegible]
E. 1. 81. Caſtaneæ molles, & humi naſcentia fraga
3. 99.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Cerea pruna nuces, ipſa autumnalia corna, 2.53.O.6.
Ipſa ego cana lego tenero lanugine mala E. 2. 51.
His ſtruimuſque toros, dapibuſque epulamur opimis. Æ. 3.224.
Hoc lignum fugimus, ne mors inimica propinquet. E. 1. Æ.9. 355.
Dixerat. Ille dolis inſtructus, & arte nefanda, 2. 152.
Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat. 4. 447.
Solvite corde metum, Domini, ſecludite curas. 1. 566.
Si recte frueris, non eſt ut copia major Hor. 1E. 12
Ab Jove donari poſſit tibi: tolle querelas.
Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus.
Crede mihi, poteris vero diſtinguere falſum. 1. E. 8.
En age rumpe moras: nam quid tentare nocebit? G. 3. O. 1. 397.
Quo tibi fortunas, ſi non conceditur uti? Hor. 1. E. 5
Viribus uteris per clivos, flumina, lamas. Æ. 1. 13.
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo. 9. 447.
Obſcuris vera involvens, mirabile dictu. 6. 100.
Hæc ſtupet, obtutuque hæret defixa, quid optet. 1. 499.
Eloquar an ſileam? Eſt mollis flamma medullas. 3. 39. & 4. 66.
Et veluti ſummis antiquam in montibus ornum 2. 626.
Cum ferro acciſam, crebriſque bipennibus inſtant
Eruere agricolæ certatim: illa uſque minatur,
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat.
Vulneribus donec paulatim evicta, ſupremum

Con-

Congemuit, traxitque jugis avulſa ruinam.
O. 8. 474. Haud aliter mulier dubiis affectibus errat,
Vincitur in longo ſpatio tandem, atque la-
baſcit.
5. 536. Puniceum cura decerpſit ab arbore pomum,
Æ. 3. 227. Preſſit & ore ſuo, contactuque omnia fœdat
O. 6. 440. Tum blandita viro conjux, ſi gratia, dixit,
Æ. 4. 31. Vlla mea eſt, ô luce magis dilecte marite,
2. 709. Quo rescunque cadent, unum & commune
periclum,
O. 3. 283. Vna ſalus ambobus erit, cape pignus amoris
7. 832. Æ. Credula res amor! & facilis deſcenſus a-
6. 126. verni.
Æ. 6. Ille ducem haud timidis vadentem paſſibus
O. 6. 438. æquat.
& 1. 396. Vſque adeo latet utilitas! Cæleſtibus ambo
1. 225. Diffidunt monitis, placet experientia veri.
Lucan. 1. O male concordes, nimiaque cupidine cœci!
87.
O. 13 945. Vix bene combiberant ignotos guttura ſuccos
Cum ſubito trepidare intus præcordia ſenſit.
Æ. 1. Præſentemque viris intentant omnia mortem.
4. 304. Tum Deus Adamum compellans vocibus
ultro,
Implevit clamore vias, & mœſtus Adamum
Nequicquam ingeminans, iterumque, ite-
rumque vocavit.
E. 2. 60. Quem fugis, ah demens? Quo nunc ſe pro-
& 3. 19. ripit iſte?
Æ. 6. 570. Continuo ſontes ultrix accincta flagello
9. 89. Tiſiphone quatit inſultans, timor anxius urget.

Nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

Nunc omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis 2. 728.
Suſpenſos; tædet cœli convexa tueri. 4. 451.
Ac veluti ille, prius quam tela inimica ſequantur, 11. 809.
Continuo in montes ſeſe avius abdidit altos
Occiſo paſtore lupus, magnove juvenco,
Conſcius audacis facti, caudamque remulcens
Subjecit pavitantem utero, ſylvaſque petivit.
Haud ſecus ex oculis ſe turbidus abſtulit Adam.
Tum Deus & tales effudit ad æthera voces; 8. 70.
Siſte gradum, teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. 6. 465.
Eia mane, mihique hæc ediſſere vera roganti; O. 1. 505.
Quis fuit hortator ſceleris? Vix pauca furenti Æ. 2. 149. 6. 529. &
Subjicit, & raris turbatus vocibus hiſcit; 3. 313. 6. 93.
Cauſa mali tanti conjux, connubia noſtra.
Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam!
Vt venit hæc coram, ſingultim pauca loquenti Hor. 1. S. 6.
Genua labant, tremulos quatit æger anhelitus artus. Æ. 5. 432.
Incipit effari, mediaque in voce reſiſtit.
Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu! O. 2. 448.
Sum decepta tuis, ô ſerpens, fœmina verbis. O. Ep. 2.

Vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

E. 8. 41. *Ut vidi, ut perii, ut me malus abſtulit erro*
O. E. 2. Æ. *Exitus acta probat. Dominus cum tal*
2. 323. *reddit;*
O. 9. 75. *Quid fore te credis, falſum qui verſus in an*
guem,
Arma aliena moves? Quem forma precari
celat?
Claud. *Decidet implicitus limo, cunctantia pronus*
Per vada reptabis: magno ſub ſideris æſtu
Obvia vibranti carpes gravis aëra lingua.
O. 7. 519. *Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.*
Æ. 4. 625. *Exoriare, inquit, veſtris ex oſſibus ultor,*
Qui face dæmonios, ferroque ſequare colonos
Nunc, olim, quocunque dabunt ſe tempor
vires.
Nullus amor populis unquam, nec fœder
ſunto.
O. xi. 135. *(Mite Dei numen) in eum calcata venenum*
& x. 23. *Vipera diffundet, creſcenteſque auferet an-*
nos.
Occidet in talum ſerpentis dente recepto,
x. 25. Æ. 1. *Poſſe pati volui, ſtygias ut verteret arces.*
24. *Tunc hominem aggreditur dictis, atque in-*
6. 387. *crepat ultro;*
3. 94. *Mortales duri, quæ vos à ſtirpe creata*
Prima tulit tellus, eadem vos ubere letho
Accipiet reduces: languebunt corpora mor-
1. 141. & 6. *bis.*
259. *Maturate fugam, ſacroque abſiſtite luco.*
Lucr. v. *Quod ſupereſt arvi porro id natura ſua vi*
208.
Sen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
346 G 41 [4]

[S]entibus obducet, ni vis humana reſiſtat. Æ. 4. 222.
[N]amque & frumentis labor additus: ut mala culmos G. 1. 150.
[E]ſſet rubigo, ſegniſque horrebit in arvis
[C]arduus, & ſpinis ſurget paliurus acutis, E. 5. 40.
[L]appæque, tribulique, & pro purpureo narciſſo G. 1. 151. E. 5. 39.
[I]nfelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ. G. 1. 152.
[T]um Deus alloquitur Cherubim, cui talia mandat. Æ. 4. 222.
[T]uque invade viam, vaginaque eripe ferrum 6. 260.
[F]ulmineum, horrendus cuſtos eris arboris aureæ O. 7. 151.
[C]ontinuo ſtat ferri acies mucrone coruſco Æ. 2. 333.
[S]tricta parata neci; nec non abrupta tremiſcunt Stat. 1. 353
Fulgura, & attritus ſubita face rumpitur æther.
[V]iſus adeſſe pedum ſonitus. Fugit ocyor Euro. Æ. 2. 732. & 8. 223.
Qualis ubi abruptis fugit præſepia vinclis 11. 492.
Tandem liber equus, campoque potitur aperto.

&c.

FINIS.